

250



NAZ. CENTR.

R. BIBLIOTECA

204

118

VITT. EMAN. II

14

ROMA





RESPONSUM
EPISCOPI BERITENSIS

Ad Eminentissimum, & Reverendissimum

D. CARDINALEM
MARESCOTTUM

Super Scripturam

R. P. LUDOVICI LE COMTE
SOCIETATIS JESU

Ei communicatam



COLONIÆ,
Apud Hæredes CORNELII D'EGMOND.
M DCCI.
Superiorum permissu.

2000

Eme, & Revme Dñe.



UM placuerit E. V. com-
mittere Episcopo Beritensi,
ut Scripturam quamdam
super ritibus, & cœremo-
niis Sinensium erga Confu-
cium, & Progenitores defunctos adhi-
beri solitis à Rev. Adm. Patre Ludovico
Le Comte Societatis Jesu confectam, ac
eidem E. V. oblatam accuratè legeret,
& si quid in ea animadversione dignum
videretur in scriptis exhiberet. Idem
Episcopus Beritensis E. V. mandatis hu-
militè obtemperans, nonnulla, quæ sibi
in eadem Scriptura maturè perpensa non
adeò certa, aut clarè exposita, uti Rever.
Patri Le Comte visa sunt, vel aliqua ani-
madversione digna videntur, ea fidelita-
te, ac sinceritate, quâ hætenùs in re tam
gravi cœtera referre conatus est, æquissi-
mo E. V. & Sac. Congregationis judicio
reverentè exponit.

4
Primo igitur animadversione dignum videtur, quod Rev. Pater Le Comte coram Deo, & Jesu Christo se in præfata Scriptura expositurum asserat, quod ipse oculatus testis vidit post satis longam, & accuratam inspectionem: cum non omnia, quæ refert, fortassis tam accurate, ut asserit, eo temporis spatio, quò apud Sinas, (singulari quidem fervore, ac zelo) Missionis officio functus fuit inspicere, & quidem benè percipere, ac perpendere potuerit:

Secundò, Pariter notandum, quod dum cœremoniarum ad Confucium, spectantium duplex genus assignat, aliquatenus diminutus appareat, si tantummodo eas velit esse cœremonias Confucianas, quas numerat; cum ad minus solemnius genus spectent, quæ bis in mense, primâ scilicet, & quintadecima die à Gubernatoribus in loco, quem ipse Aulam appellat, comitatis à Litteratis, magna quidem cum pompa fieri solent, & hujusmodi alias, quas idem Pater silentio præterit, & fortè præterire (licet quasi per compendium hujusmodi materiam tractet) non deberet.

De Cœremonia solemni .

Tertio. Notandum ; quod cœremoniam solemnem Confucianam Rev. Pater fusiùs explicandam non censeat ex eo capite, quod illam omninò reprobet, etsi ea ratione tantummodo, quod redoleat superstitionem, & malam speciem habeat propter suam affinitatem cum cœremoniis Bonziorum &c. Videtur ergo, se remittere ad exposita, hac in re ; in Scripturis, saltem à Patribus suæ Societatis Sacræ Congregationi hæctenus oblatis ; An verò ex illis deduci possit solummodo, quod ea tantum ratione, reprobanda sit, vel alia etiam de causa, cum ad Jus potius, quàm ad Factum spectet, Sac. Congregationis, & S. Sedis erit idipsum declarare: quod verò Rev. Pater eam reprobet, sufficere non videtur ad fusiùs illam non explicandam, præsertim quia Rev. Pater Brancatus Societatis Jesu

antiquior in Sinis Missionarius, in suo Tractatu Apologetico ann. 1669. confecto, & nuper per Patres Societatis Sacrae Congregationi exhibito *num.* 178., ubi de solemnibus Confucij oblationibus agit, tam suo, quam suorum nomine asserit, ex eadem ratione illas quidem ab Antiquis Societatis Patribus permissas non fuisse Sinensibus Christifidelibus, sed per modum consilij: verum non permittere, vel prohibere per modum consilij, indicare non videtur talem reprobationem, qualem forsan superius Rev. Pater intendit, & suo potius, quam suorum in Sinis degentium nomine exhibet; ea ergo, quæ S. Sedi, & Sac. Congregationi omnibus maturè perpensis, de prædictis, placuerit reprobatio, videtur impostero ab omnibus amplectenda, & omninò sequenda, ac præfatis Christifidelibus firmitè suggerenda. Mirum sanè videtur, quod Rev. Pater advertendum subdit, videlicet, multa hîc dici ab Adversariis circa factum, quæ omninò falsa sunt, & in Sinis ipsis inaudita, qualia sunt hæc.

1. Trium dierum jejunium, & abstinentia

tia à conjugatis, quæ præcedant tempus cœremoniis destinatum .

2. Thuris , seu Incensi oblatio , seu crematio .
3. Vestes speciales , & Sacerdotum propriæ .
4. Statua Confucii, cui oblatio fiat .
5. Preces eidem Confucio fusæ .
6. Immolatio Animalium .
7. Præsentia realis animæ Confucii in Tabella .
8. Præsentia item ullius Sacerdotis , aut Sacrificuli; & ut efficacius intentum probare videatur, sequentia repetit, & addit, videlicet : hæc inquam omninò falsa sunt , nec possunt vllò valido argumento comprobari . Nè igitur, quæ ipsi falsa, & in Sinis inaudita , ac nullo valido argumento comprobanda visa sunt , pro talibus habeantur, hïc aliquo saltem modo probanda videntur, & ideò .

Ad primum sic . Pater Intorcetta Soc. Jesu pag. 59. (a) sui tractatus Typis editi ait:

A 4

pri-

- (a) *Videri poterit Rever. P. Philippus à S. Nicolao Carmelita Discalceatus , & S. Officij Qualificator in suo tractatu n. 113,*

primùm, ut Mandarinì accederent jejuni ad aulam Confucii, nam oblationes fieri solitæ Confucio cum oblationibus, quæ fiunt Imperatoribus, ac Regibus defunctis eadem, ejusdemque generis sunt; idemque repetit pag. 61. lin. 21. & pag. 83: §. Si autem velimus; Videti etiam poterit Rev. Pater Brancatus pag. 315. lin. 14. & pag. 316. lin. 19. & seqq. Qui quidem in suo tractatu originali, qui hîc Romæ extat apud Patres Societatis, refert Decretum Imperatoris *Huñg vû* ea de re litteris Sinenfibus descriptum, in quo eadem jejunia pro Confucio, ac pro Regibus defunctis præscribuntur; quod autem jejunia erga Regios Progenitores, & alios ante oblationes solemnes consueta, & præscripta, sint plurium dierum, evidentè colligitur ex his quæ habentur in tractatu Rev. Patris Jacobi Le Faurè, qui num. 7. ut refert Rev. P. Varo, (a) sic loquitur; *De externa corporis compositione ad gravitatem, ac modestiam, necnon de praviâ abstinentia à vegetioribus cibus, & vino, tum à consortio mulierum per aliquos dies, plures, vel pauciores in*

solem-

(a) *Videri poterit Rev. P. Varo in suo tractatu jam impresso pag. 396.*

solemnibus oblationibus, præsertim supremo Imperatori exhibitis; de lotionem item corporis ad perfectiorem nitorem, non est, ut fusiùs agamus, cum ista sint, (a) non Idolatricæ superstitionis, sed eximie, & integerrimæ pietatis optima argumenta. Et alibi, dum de abstinentia tractat, quæ præcedere debet oblationes erga quoscumque Progenitores, ait, de abstinentia illa *Kiay chay*, (seu *Chay Kiay*) expressè scribit *Vveñ Kuñg* (qui est Auctor Ritualis *Kialy*;) *Caveant*, inquit, *ab omni re turpi, refrenent cupiditates potus, ac veneris, aures ipsas occludendo lubricis, item, & os, nè cor dissipetur, atque offuscetur, cum debeat esse purissimam, & clarissimum, ad imitandum Spiritum, cujus oblatio præparatur*. Ex quibus fatiè evidentè infertur oppositum illius, quod asseritur à dicto Rev. Patre Le Comte in præcitato *primo num.*, etiam sistendo tantum in oblationibus Confucianis; & saltem quod talia jejunia non sint tam falsa, & inaudita in Sinis, prout illi visa sunt.

Ad secundum sic. Omnes Missionarii, etiã Societatis Jesu, in Scripturis S. Congre-

(a) *Apud eundem Rever. Patrem Varo loco citato.*

gregationi hætenus oblatis, vel afferunt, vel concedunt in oblationibus etiam Confucianis, cremari odores; & offerri: in Libris, seu Ritualibus Sinicis, etiam Classicis, cum de oblationibus agitur, hoc ipsum præscribitur, & in praxi generaliter observatur, quod sufficere videtur ad hoc, ut res qualificari possit, an politica, seu religiosa ex adjunctis omnibus censenda sit. Nihilominus quia in ipso thure fundatur hæc difficultas: praxis circa illius usum, vel non usum adduci nequit taliter, ut vim faciat, nisi aliunde probeatur; probatur autem ex pluribus capitibus; primò quia in Sinis thus ubique venale reperitur cum cæteris odoribus; Secundò quia dum odores cremandi, & offerendi in præfatis Ritualibus præscribuntur, thus non excluditur: adeoque saltem liberum cuique ex his duobus capitibus remanet in talibus oblationibus illo uti, nisi paupertas aliud suadeat. Tertiò, & efficacius probatur ex quadam epistola ejusdem Rev. Patris Le Comte ad Serenissimum Ducem Du Maine circa cœremonias Sinarum idiomate Gallico, & Italico Typis edita: in Italica enim

edi-

editione pag. 15. loquendo de Sinensium
 vivorum conviviis, sic ait: *S' arde incenso,*
ò pastiglie: in editione verò Gallica pag. 13.
 sic habetur: *On y brule del' encens, ou des pa-*
stilles. Item ex libello supplici à Soc. Jesu
 Summo Pontifici Innocentio XII. oblato
 mense Majo anni 1698. super rebus, &
 controversiis Sinensibus &c. par. 2. cap. 4.
 Mandati Maigrotiani, ubi hæc leguntur:
Sic thus adolere, accendere cereos, odores combu-
rere, & alia huiusmodi, quæ religiosi cultus pars
erant olim Romæ apud Paganos, spectant in Chi-
na ad cultum merè civilem. Hospiti enim, Ami-
co, Governatori, Mandarinò, domum in Urbem,
in Provinciam advenienti, thus adoletur, & pau-
lò post: unde sicut vivis, ita mortuis thus ado-
lent. Insuper ex Rever. P. Joanne Petro
 Maffeo Societatis Jesu in Libro, cui ti-
 tulus Historiarum Sinicarum lib. 16. pa-
 gina 110. *Ad hæc artis cuiuslibet Inventores*
privatos, aut publicè benemeritos, quidam etiam
Parentes, charosve in numina referunt, usque, &
Statuas, & Tempa ponunt, & vota faciunt, &
adolent thura, non mortuis modo, sed etiam (quod
magis detestère) viventibus. Non ergo tam
 falsus, & inauditus in Sinis talis usus esse
 convincitur, qualis à Reverendo Patre
 tam

tàm asseverantèr proponitur .

Ad tertium sic . De vestibus specialibus, & Sacerdotum propriis in oblationibus Confucianis nemo est inter Missionarios, qui mentionem fecerit ; sed tantum earum vestium specialium, quas deferunt in sollemnibus functionibus ad Mandarinatus officium, & Litteratorum gradum respectivè spectantibus ; & ideo Rever. Pater absque fundamento id suis adversariis impingit . Si verò hoc ipsum intendat de oblationibus erga defunctos Progenitores etiam Regios : Contra reponitur, quod in libris *Ly Ky*, seu magni Ritualis Sinici, passim repetitur, & præscribitur, videlicet, vestes speciales pro præfatis oblationibus destinatae, ita, & talitèr, ut illicitum prorsus sit illis, nisi in eisdem oblationibus uti : hoc inquam, habetur in prædictis libris, ad quos Patres Societatis in suis Scripturis provocant, tanquam ad regulam, juxta quam dignoscendum sit, an civiles vel religiosæ sint hujusmodi oblationes : etsi cetera idolatriam, superstitionemque redoleant, planè sequètur, quod hujusmodi vestes Sacerdotum, seu Flaminum dici possint propriae .

Ad

Ad quartum sic. Vel Rev. Pater intendit asserere, quod in nulla prorsus ede, seu, ut ipse vult; aula Confucii, ejusdemque Confucii Statua reperitur; vel quod licet talis Statua in aliquibus Confucii edibus, seu aulis reperitur, coram illa, nulla omninò oblatio fiat; Si primum, videtur pugnare contra suæ Societatis Patres, qui in expositione Facti Sacræ Congregationi oblata §. 99. & §. 101. oppositum fatentur, & ultrò concedunt: prout etiam contra Rever. Patrem Matthæum Riccium, & Rev. Patrem Nicolaum Trigaultium ejusdem Societatis, qui in libris de Christiana expeditione apud Sinas suscepta à Societate Jesu &c. Typis editis ann. 1615. *lib. primo cap. 10. pag. 118.* sic ajunt. Proprium Litteratorum sanum est ipsius Confucii Philosophorum Sinensium Principis. Id ei per leges in qualibet Urbe constituitur eo in loco, quem supra, litterarium ludum vocari diximus; Id magno sumptu confurgit, & contiguum habet palatium ejus Magistratus, qui primum litterarum gradum consecutus præest, in celeberrimo fani loco Statua illius visitur, aut ejus lo-

co nomen cubitalibus litteris aureis in pereleganti tabula descriptum. Ad ejus latus Statuæ adstant quorundam ejus discipulorum, quos Sinæ in Divos, sed inferioris ordinis, retulere. In hoc fanum novilunio, ac plenilunio quolibet conveniunt Magistratus omnes urbani cum renunciatis Baccalaureis, Magistrum solitis inclinationibus, ac genuflexionibus, cereis etiam, ac suffitu veneraturi; Si secundum; Respondetur primò, hoc non esse in quæstione, cum in tabellæ saltem usu vis tota consistat. Secundò, id supposita Statua, & etiam ex iis, quæ superius relata sunt ex Patribus Riccio, & Trigautio, non esse omninò contra Sinensium usum, nec esse contra usum eorundem propositum à Rev. Patre Martinio sub quarto Quæsito, ubi triplicem modum, quo Sinenses defunctos suos honorant, exponit, ibi enim dictus Pater coram defuncti imagine, & tabella oblationes (quæcumque illæ sint,) aliasque cœremonias fieri asserit. Cùm ergo ex concessione Patrum præfata Statua in aliquibus saltem ædibus Confucianis hæctenus reperiatur, & coram illa Altare, seu Men-

Mensa , supra quam ejusdem Confucii tabella asservatur ; Sequitur, quod , quæ in præfatis ædibus , vel aulis oblationes , aliæque cœremoniæ fieri solent , Statuæ pariter, mediatè saltem fieri dici possint ; ideoque subinferri licebit , non esse tam falsum , & inauditum in Sinis , quod in præfato *num.4.* Idem Pater Le Comte pro falso , ac inaudito haberi vult . Etsi de cœrimoniis minus solemnibus fiat sermo, validiùs erit argumentum, cum fieri soleant coram tabella , supra eandem Mensam, seu Altare, quod coram Statua (ubi hæc reperitur) perpetuò paratum extat . Si autem de solemnioribus sit sermo, supervacaneum videtur , quod Rev. Pater tam acriter se opponat , cum nullus , vel ferè nullus hæctenus adversariorum illas Statuæ Confucii , (saltem ex quo ejus tabella in usu est) fieri asseruerit , nec in factò , & quæsitis Sacræ Congregationis hac de re , prædictæ Statuæ , sed coram Confucii tabella fieri dicantur . Illud enim potius ex iis , quæ à Patribus Societatis , & signantè à Rev. Patre Bartoli dicuntur , deduci possit ; hic enim *lib. primo pag. 50. 51.* sic ait : Quivi
(idest

(idest in aula , seu sede Confucii) in luogo eminente il suo nome a grandi lettere d'oro scritto in mezzo ad una tavola vaghiſſimamente fregiata; ò, se non questo, una Statua, ch'il rapresenta d'intaglio, ò di getto, per lavoro Chinesese, opera eccellente. Due volte il mese, ne' dì appunto, in che volge la nuova Luna, e se compie la piena, il Magistrato solennemente in habito, e seco tutti dal sommo all'infimo grado i Professori di Lettere si presentano à riverirlo, come altrisi nel giorno annuale del suo nascimento celebre altrettanto, che avventuroso alla China. Le ceremonie dell'honorarlo son molte; e cominciano dalle quattro riverenze di quel profondissimo inchino, che dicevamo giungere sino a toccare con la fronte il suolo: Indi recitar elegantissimi componimenti in sua lode, sparger li fiori inanzi, ardere in un grande Incensiere odorosi profumi; offerirgli un Cervo, e bei drappi di Seta, e somiglianti altri doni, che poscia offeriti s'abbruggiano; Et nè vel unicus apex sub dubio remaneat; cum in Templis *Sañ Kido Tañg* hoc est trium Sectarum, vel Doctrinarum
dictis

dictis ubi Confucii Statua, (etsi privata tantum auctoritate) inter Idola reponitur, & haecenus pluribus in locis apud Sinas inspicitur, Idolatrię oblationes etiam per Flamines fieri soleant, non est, quod Rev. Pater tam falsum, & inauditum in Sinis velit esse, quod in dicto *num.4.* proponit.

Ad quintum sic. In Templis *San Kido tañg*, de quibus supra; & apud Rev. Patrem Kirkerum eo modo colitur Confucius, quo cetera Idola, sed sic est, quod ceteris Idolis in eisdem Templis preces, & oblationes fiunt, saltem ab idolatris Sinensibus, qui praefata Tempia stans temporibus adeunt, ergo. probabilissimum est Confucio ibidem preces effundi. Item cum Confucius, inter Imperii Sinarum benemeritos, primum locum apud Sinas obtineat, videtur de illo intelligi posse, quae ex Rev. P. Joanne Petro Maffeo Soc. Jesu superius ad secundum allata sunt: Ergo non tam falsum, ac inauditum erit in Sinis Confucio, quandoque saltem, & alicubi ab aliquibus effundi preces, prout R. Pater suadere conatur; Insuper in oblatione quadam ab Imperatore *Kia*

B. . . . *Ching*

Ching dicto , sub studiorum initium, quibusdam antiquis , inter quos Princeps *Cheu Kung* , & Confucius numerantur , facta, Confucio prout , & ceteris preces fufas fuiffe , ut conftat ex Oratione ab eodem Imperatore recitata , & in libris *Ta ming boei tien* registrata, testatur Epifcopus Beritensis ; & nè unius testis assertio nullius roboris reputetur , (a) comprobatur ex tractatu Illustriffimi Epifcopi *Bafilitani* à Patribus Soc. fatis laudati . Ergo non ita falsum, & inauditum in Sinis hoc effe videtur , ut R. Pater fibi vifum effe testatur . An verò preces quodammodo dici queant Orationes nonnullæ in folemnibus oblationibus Confucio factis , recitate, quæ ab eodem Epifcopo Beritensi exhibitæ fuere RR. Patribus *Qualificatoribus* in S. Officii Palatio hac de caufa congregatis, ex eorundem votis colligi fas erit ; & an aliunde quid fimile colligi poffit, ex tot, tantisque aliorum Scripturis manifeftum fiet ; ceterum excufatum erat , ut Rev. Pater tam acri censura adverfarios notaret, cum ipfi adverfarii fatis cautè, &

quan-

(a) *Videri poterit tractatus Illustriff. Epifcopi
Bafilitani §. 2. de oblatione Chy .*

quantum res patitur de præfatis precibus referant; immo rarò, vel nunquam in oblationibus Confucianis adhiberi, & effundi asserant; In illis enim fælicitates promittuntur, seu prædicuntur potius, quàm petantur.

Ad sextum sic, Fatentur Patres Societatis in sua Expositione Facti §. 152. & 153. pro solemnibus oblationibus Confucianis selecta animalia, etiamque vino, seu liquore quodam calido probata, extra Confucij aulam, (ut ipsi vocant) occidi, & §. 157. porco ad id selecto, à Præfectis reverentias exhiberi, necnon in eisdem oblationibus parata, ut præfertur, animalia in aula offerri, fateri etiam debent præfata animalia sic selecta, & offerenda honorificis nominibus *Hy Señg*, sive *Señg*, quæ latino nomini *Viétimæ* respondent, genericè appellari, quibus nominibus nunquam vivis offerenda appellari solitum fuit; sed tantum ea, quæ *Xańg ty* Cælo, Terræ, Spiritibus, Defunctisque omnibus offerri solent, ut ex classicis Sinarum libris, & Ritualibus apertissimè probari potest; mirum ergo videtur, quod Rever. Pater animalium immolationem tan-


quam omninò falsam , & in Sinis inauditam probare nitatur, dum quod *Victima* dicitur, dum offertur, propriissimo verbo *immolari* dicendum videatur .

Ad septimum sic . In orationibus (ut Patres Societatis volunt Panegiricis , quæ recitantur in solemnibus oblationibus Confucii ,) ille Spiritus invitatur , ut oblatiis fruatur, qui rogatur ut audiat , ut approximetur eisdem, cujus descensus per quamdam vini effusionem exprimitur , qui in initio recipitur , cui sub finem, abeunti vale dicitur, ut clariùs videri poterit in præfatis Orationibus per huiusmodi autem Spiritum , potius Confucii Spiritus (qualiscumque ille sit) in tabella, quam tabella solummodo, coram qua superiùs recensita fiunt, designari videtur; cum dementis esse videatur velle , ut tabella ipsa audiat, oblatiisque fruatur . Ergo non tam falsa , & inaudita in Sinis est præsentia realis Spiritus Confucii in tabella , qualis à Rev. Patre, licèt bona fide, describitur . Item in congressu habito à Patribus Societatis in quadam Urbe Sinarum ann. 1642. Inter alia conclusum fuisse refertur à Patre Varo in suo tra-

tractatu fol. 310. (a) quod Missionarii tenebantur mōnere Sinenses, antequam, ipsis Baptismum conferrent, de quibusdam manifestis erroribus, quorum unus erat credere, & intelligere, animas præsentes esse in tabellis; Ergo non tam falsum, & inauditum in Sinis est, quod anima Confucii realiter præsens sit in tabella. Insuper Rev. Pater Brancatus Societatis Jesu apud eundem Patrem Varo pag. 308. ait de Sinensibus idolatris, quod omnes putant animas, & comedere, & bibere, vel quid simile; & alibi, qui agitur putant animas separatas à corpore edere, & bibere huc, illucque vagari, Idolorum Sectam sequuntur. Ergo bene infertur tanquam de majori ad minus non esse, tam falsa, & inaudita, saltem apud Idolatras Sinenses, quorum major est numerus, præsentiæ animæ Confucii in tabella præsertim oblationis tempore.

Ad octavum sic. In quæsitis Sac. Congregationis, & in rationibus dubitandi unicuique appositis hoc non asseritur; Ergo supervacaneum est, quod à Rever.

B. 3. Patre
(a) *Videri poterit tractatus Rev. P. Varo Typis editus, ut supra.*



Patre impugnetur . Item si ex Facto bene perpenso , ac discusso inferatur oblationes solemnes Confucii esse superstitione imbutas, vel idolatricas; æquo jure inferri poterit Sacerdotis, & Flaminis speciem habere, qui eas peragit ex officio, illisque præest; Ergo nec erit saltem in hac suppositione, tam falsa, & inaudita, in Sinis præsentia Sacerdotis, aut Sacrificuli in eisdem oblationibus . Insuper ad hominem sic . Ex Decreto Imperiali, in toto Imperio Sinico Mandarinum, seu Gubernatores, ex officio tenentur præfatas oblationes perficere, illisque præesse: Sed sic est, quod Rev. Pater asseruit in suo Libro, cui titulus *Memoires de la Chine tom. 2. pag. 133. de la 1. edition, & 109. de la 3. Antiquissimis temporibus ab Iehoven Hiò quinto Sinarum Imperatore nominatos fuisse Presbyteros, seu Mandarinos Ecclesiasticos in diversis Provinciis, ut præsident Sacrificiis . Ergo non tam inauditum, & falsum erit, quod Rev. Pater pro tali habendum censet, scilicet, Sacerdotes, seu Sacrificulos præesse prædictis oblationibus, præsertim in ea suppositione, quod illæ sint superstitione imbutæ &c.*

Eò vel magis, quod Imperator ab ipso ci-
 ratus non aliâ ceremoniâ usus fuerit ad
 instituendos Mandarinos Ecclesiasticos,
 & Presbyteros, (ut Rev. Pater fateri de-
 bet) nisi suo Imperiali Mandato, & De-
 creto, quod paritèr factum fuit ab ejus
 Successoribus, ut supra dictum est pro
 oblationibus Confucianis, & constat ex
 Decreto Imperatoris *Huñg vu* relato in
 suo Tractatu à Rever. Patre Brancato.
 Ergo &c.

De Cœremonia Privata.

NOtandum quod Reyer. Pater non ita clarè, ac distinctè procedat in explicandâ prædictâ cœremoniâ, ut forsan omninò deberet, (licèt compendio, eam referat;) Fatetur enim illam fieri in aula Confucii, addendum tamen erat in eadem aula nullum actum litterarium exerceri, sed tantùm exhiberi Confucio, ceterisque insignibus Philosophis cultum magis, vel minus solemnem, de quo quæritur, an civilis, vel superstitiosus censendus sit. Secundò quod non adæquatè referat, quæ scripta sunt in tabellis, tum Confucii, tum aliorum Philosophorum; aliud enim esset, si tantum eorum nomina in præfatis tabellis inscripta essent, & aliud si cætera ibidem legerentur, quæ in rationibus dubitandi additis unicuique quæsito Sacræ Congregationis, ubi de præfatis Tabellis

bellis agitur, referuntur. Tertiò, quod cum præfatorum Philosophorum Tabellas ad parietem suspensas esse asserat, mediamque stare tabellam Confucii, aliquatenus confuse, ac diminutè rem explicat; Tabella enim Confucii in medio aulæ apud parietem, ubi in nostris Ecclesiis collocari solet Altare majus, non quidem suspensa, sed in suo Tabernaculo satis ornato supra Mensam, vel Altare ornatum paritèr, collocata inspicitur, aliæque Tabellæ ad dexteram, & sinistram partem ipsius aulæ paritèr supra mensas collocatæ reperiuntur. Præterea subdit Rever. Pater, posita est mensa quædam communis cum duabus candelis, & vasculis quibusdam, in quibus cremantur pro more Patriæ ligna odorifera; Mensa igitur, quam ipse communem vocat, ejusdem speciei est, ac illa, quæ coram Idolis in eorum Templis reperitur, ornatusque similis, numerusque candelarum major vel minor pro tempore, non semper idem, nec tam parvus ac limitatus, qualem Pater describit. Quæ verò vascula ab eodem dicuntur, simillima sunt illis, quæ in præ-

præfatorum Idolorum Templis adhiberi solent, in eisque illi odores pro more Patriæ cremantur, qui coram Idolis pariter comburuntur, illique varii non tantum ligna odorifera, esse solent.

Quæ verò de Litteratis, qui donandi sunt laureâ Baccalaureatus, refert, aliquantulum confuse descripta videntur; Si enim, dum præfati Litterati accedunt ad aulam Confucii, nondum donati sunt laureâ Bacchalaureatus, in eadem aula præfatam lauream recipere putabuntur (saltem ab eis, qui rem totam aliunde non norunt) cum, post salutationem ab ipso descriptam, recedant omnes in suam domum. Donandi ergo, vel donati sint hujusmodi laurea (quæ res hic non fuis discuitur) illud sanè manifestum fieri debet, quod illa non in Confucii aula donantur, nec ad illam recipiendam præfatam aulam adeunt. Nec melius, aut clarius salutatio ab illis facta, Confucio, ceterisque describitur, dum fieri coram eorum nominibus, & nihil aliud refertur. Salutatio ergo ejusdem generis est, ac illa, quæ Idolis fit, nec tantum nomina salutantur, sed tabellæ
cum

cum inscriptionibus, quæ in rationibus dubitandi ad quæsitæ Sacræ Congregationis additis recensentur, ex quibus videtur inferri ad aliquid amplius, quam ad simplicia Confucii, & Philosophorum nomina salutationem respicere; ceteraque nempe *nihil offerendo, nihil petendo*, vera sunt, si ultra superius relata negatio cadat.

Quod verò Missionarii omnes Societatis cœremoniam præfatam licitam judicaverint, omnibus, qui eorundem zelum novere, suatum esse non dubitatur, immo eam regulam, tum in his, cum in ceteris, sequutos esse credendum est, quam tutiorem, & meliorem pro tempore judicare: Sed cum homines fuerint, & fallibiles, non eorum, sed Sedis Apostolicæ judicio, & sententiæ standum esse, certissimum est, eique, cum maturius discussa proferetur, parituros, tum Societatis Patres, tum ceteros Evangelicos Operarios, sperandum est. An autem relata superius cœremonia nihil præferat mali, sive ratio habeatur actionis externæ, sive attendatur ad intentionem Litteratorum, qui (ut dicit

dicit Reyer. Pater) profitentur omnes ad
 unum, ejusmodi honorem exhiberi Con-
 fucio tantum, ut Confucium pro suo
 Magistro publicè agnoscant, cum ad jus
 potius quàm ad factum spectare videatur,
 Sacræ Congregationis, & Sanctæ Sedis
 erit, ea de re judicium ferre. Mirum ta-
 men, quod Rev. Pater hic velit hono-
 rem tantum exhiberi Confucio tanquam
 Magistro, cum in suo Libro, cui titu-
 lus: *Memoires de la Chine tom. 2. pag. 415.,*
& 416. de la 1. edition. & 336. de la troizieme:
 Afferuit totum Imperium Sinicum pro
 Confucii morte plorasse, & ex illo tem-
 pore ab eodem honorari tanquam San-
 ctum, & hæc sunt ipsissima ipsius verba:
Confucius etant mort, il fut pluerè detout l'Em-
pire, qui dez ces temps la l'honora comme un
Sainct. Nec tam facile licitum esse vide-
 tur à Christifidelibus publicè hominem
 gentilem simul cum Infidelibus (saltem
 absque ulla limitatione, ac declaratione
 in loco ad illius cultum superius descrip-
 tum designato) tanquam Magistrum,
 (qui per antonomasiam omnium sæcu-
 lorum Magister à Sinensibus omnibus
 reputatur) præfatis honoribus agnosci,
 quam

quàm Rever. Pater cœteris Societatis Pa-
tribus visum esse declarat. Et hæc de
his, quæ ad Confucium spectant dicta
sufficiant, cùm Sacræ Congrega-
tioni validiora argumenta,
non desint in Scriptu-
ris utriusque Par-
tibus jam exhi-
bitis.



Cœremoniæ Defun- ctorum .

HAs cœremonias, quas Rever. Pater fieri asserit à Sinensibus Christianis, dum defunctos suos honorant, & quas fatetur à se, suæque Societatis Missionariis hæctenus, uti descriptæ sunt, ac repræsentatæ, eisdem Christianis permissas fuisse, ac toleratas, eò quod sibi, ceterisque Societatis Patribus visum non fuerit quidquam esse in iis, quod esset bonis moribus, aut fidei puritati contrarium, Episcopus Beritensis justis de causis, nec impugnat, nec approbat, eisque, cum ad factum particulare spectent, de quo hæctenus scribere non est ausus, nec ea de re interrogatus, nil contra reponendum censet, etsi à Sancta Sede, & Sacra Congregatione ceteris perpensis approbentur, & permittantur, approbationem hujusmodi, permissionemque lubenti animo recipiet, eique uti ceteris
omni-

omnibus S. Sedis, & Sacræ Congregationis dispositionibus humillimè parebit ; immo si hoc ipsum rogare, & optare fas sit, & rogat, & optat,

Refert insuper Rever. Pater superstiosa quædam, quæ Gentiles, seu Idolatræ, (ut ipse asserit) addunt, eorumque nonnulla enumerat ; ac tandem concludit sic : hæc autem ex Bonziorum placitis, non ex Litteratorum institutione, paulatim invec̄ta sunt ; quasi dicere velit præfatas cœrémonias ex Litteratorum institutione, & placitis esse omninò civiles, & politicas. Hoc autem, cum ad factum, quod à Sacra Congregatione desideratur, spectet ; non ita facilè concedendum, aut silentio prætereundum videtur, prout illa, quæ à Rever. Patre ad Christianos solummodo spectare ex tolerantia, ac permissione suorum Patrum superiùs dicta sunt ; eò quod hujusmodi relatio, rei totius judicium invertere, & à veritate valde distare videatur. Contra igitur reponitur, quod ex Litteratorum Sinensium tum antiquorum, tum modernorum institutione, & placitis, prout à Sectariorum, seu Bonziorum principiis,

&

& placitis distinguuntur, in præfatis cœremoniis permixtum reperitur, & in eorundem classicis Libris, & Ritualibus descriptum legitur.

1. Nonnullorum dierum jejunia, & abstinentia à Conjugatis ab usu matrimoniali servanda, ante oblationes solemnes; unius verò ante quasdam minus solemnes defunctis Progenitoribus faciendas: ex Ritualibus *Ly Ky*, & *Ven Kuñg Kialy*.

2. Electio dierum per sortes ante januam loci, (qui à Rever. Patrè dicitur aula,) in quo oblationes fieri debent, pro eisdem oblationibus faciendis, & monitio de diebus faustis sic electis facienda, Progenitoribus defunctis coram eorum Tabellis in præfato loco, vel aula, ex *Ven Kuñg Kialy*.

3. Electio, & mactatio animalium offerendorum certis cœremoniis facienda ex *Ly Ky*, & *Ven Kuñg Kialy*.

4. Dispositio prævia, & ornatus ejusdem loci, seu aulæ, ex *Ven Kuñg Kialy*.

5. Vasa, & instrumenta pro eisdem oblationibus Animalium sanguine un-

gen-

genda, & quasi dicanda nec ad alios civiles usus applicanda, & fracta sepelienda: ex *Ly Ky*; inter quæ numerantur etiam adhibenda in *hiō*, seu Collegio, ut constat ex eodem *Ly Ky*.

6. Vestes præclaræ, & speciales ad oblationes faciendas, quarum nullus alius sit usus: ex *Ly Ky*.

7. Tabellarum institutio, usus, ac inscriptio, prout refertur in rationibus dubitandi ad quæsitâ Sacræ Congregationis hac de re: ex *Ly Ky*, & clarius ex *Ven Kung Kialy*.

8. Animalium offerendorum sanguinis, & pilorum oblatio in quibusdam oblationibus pro suis defunctis faciendâ: præsertim ex *Ven Kung Kialy*, & ex *Ly Ky*.

9. Coeremonia Sinicè dictâ *Kiang xîn*, seu descensus Spirituum per effusionem vini super palearum manipulum, vel in terram: ex *Kialy*, & comprobata ex *Ly Ky*, & aliis libris classicis præsertim *Xu King*, & *Xy King*.

10. Effusio pinguedinis eorundem Animalium super Carbones in vase quodam paratos in præcitatis oblationibus

C

pro

pro Avis defunctis facienda , ut vapor
ascendat : ex *Ly Ky* , & *Ven Kuñg Kia*
Ly .

11. Supplicatio facienda Proavorum
eorundem animabus (quæcumque illæ
sint in sensu Litteratorum ,) ut descen-
dant , & maneat in Sede *Xiñ guey* dicta ,
& ad hunc finem paratâ , oblationum
prædictarum tempore , ex eodem *Ven kuñg*
Kialy .

12. Invitatio facienda Defunctis præ-
fatis , ut oblati fruantur : ex *Ven Kuñg*
Kialy .

13. Promissio , & auguratio felicitat-
um eorumdem defunctorum nomine :
ex *Ven Kuñg Kialy* .

14. Libatio vini , quæ *Chy nuncupa-*
tur , seu illius oblatio , & effusio super
palarum manipulum , seu super terram ,
(ut volunt Societatis Patres ,) quæ fieri
dicitur antiquis vini Institutoribus , ut ha-
beretur in Sinarum Libris : ex *Ven Kuñg*
Kialy .

15. Vinum , quod dicitur felicitatis ,
seu Sinicè *Fõ Chiey* : ex *ta ming hoëi tien* , &
ex *Ven Kuñg Kialy* .

16. Progenitores defunctos præsertim Regios posse immittere posteris calamitates, infortunia, felicitates: ex classico *Tańg huiń xu King tract.*, seu *Kiveń* 1. cap. *Puoń Keńg Chuńg* fol. 36, pag. 2. & deinceps, & hujus rei credulitas ibidem. Item ex *Xy King*, & quidem ferè mille annis ante Confucium.

17. Preces in *Chuńg mido*, seu ut Patres volunt, in aula Proavorum Regiorum, & aliorum Imperii Sinici Magnatum: ex Lib. *Ly Ky*.

18. Preces quandoque Progenitoribus defunctis fusæ generatim ab unaquaque familia in eisdem aulis, seu *Mido*, vel *Chù tańg*, licet privata autoritate introductæ, & à modernis permixtæ in Rituali *Kialy*: ex responsis P. Philippucci Soc. Jesu ad 37. textus adductos à P. Varo Dominicano.

19. Dedicatio *Chuńg mido*; seu aula-
rum Regiorum Progenitorum, & Magnatum per sanguinem Animalium: non quidem eorum tantummodo, qui inter Idola, vel Numina à Patribus Societatis relati dicuntur, sed communiter omniũ; ex *Ly Ky*.

20. Sepultura danda Tabellis quorundam Proavorum ultra quartum gradum, statuto tempore, & quidem ad latus Sepulchrorum: ex *Ven kung Kialy*.

21. Aspersio, seu effusio aquæ lotionis Tabellarum, venerationis, seu reverentiæ causâ in parietes ipsius aulæ, seu *Miào*, dum certis cęremoniis in illis addenda, vel mutanda est aliqua littera ob causam novæ dignitatis collatæ ab Imperatore alicui prædictorum defunctorum, vel alia de causa. Ex *Ven kung Kialy*.

22. Oblatio, & crematio Sericorum, quorum loco in ædibus, seu ut volunt, aulis, Progenitorum vulgariùm, modo adhibentur monetæ papyraceæ, & alia hujus generis, qui usus introductus dicitur ex placito Bonziorum, & refertur à Rev. Patre.

Hæc sanè, & fortè plura, ex Litteratorum, & Philosophorum Sinensium placitis, & institutione præscripta fuerunt pro cultu Defunctorum, quatenus à Bonziorum, & aliorum Sectariorum principiis, & placitis distinguuntur.

An verò præfata, cum cęteris à R.P.

re-

latis, reprobentur à PP. Soc. vel ad civilem potius, & politicum cultum deducantur, ipsorum erit idipsum declarare, nisi velint ex eorum Scripturis Sac. Congregationi jam exhibitis, utrumque deduci. Et S. Sedis, & Sac. Congregationis, erit, quid in illis politicum, vel civile, quid superstitiosum, vel idololatricum; quid licitum, vel illicitum, quid tolerandum, vel reprobandum sit, judicare, & decernere. Prout etiam an tolerantia, de qua R. P. loquitur, simplicis scilicet assistentiæ Christianorum, cum à Gentilibus superstitiosa peraguntur, expediat, vel non expediat, vel jubere, ut Decreta hac de re jam facta serventur.

Et omnium, ad quos spectat, erit humillimè parere.

De Tabella Kiñg Tieñ.

DE hac Tabella, & ejus inscriptionis sensu cum Episcopus Beritensis in suis Responsis Sac. Congregationi exhibitis pro posse rationem reddiderit, pauca remanent hic reponenda.

Primò igitur notandum, quod plerique omnes Missionarii ex Ordine S. Dominici, & S. Francisci, uti vult R. P., illà usi fuerint, sed per pauci utriusque Ordinis, qui postea juxta Edictum Rini Domini Maigrot eandem ex loco, ubi appensa fuerat, sustulerunt. Et Episcopus Beritensis in Ecclesiis sui Ordinis, quas administravit, hujusmodi Tabellam nunquam adhibere voluerit.

2. Notandum, eosdem non in Ecclesia juxta supra, vel extra Altare, sed extra Januam ipsius Ecclesiæ, quæ intra domus parietes continetur, & viæ publicæ non respondet, eandem appensam habuisse.

3. Notandum, neminem Missionariorum hæctenus in frontispicio domus illæ appendisse.

4. Notandum, quod ubi R. P. refert nonnullos recentiores Missionarios eandem Tabellam, tanquam idololatricam reprobasse, putantes per illam invitari homines ad colendum Cælum materiale, quale scilicet Sinæ quidam Atheistæ secolere profitentur, videatur velle indicare, in Sinis parvum esse, etiam nunc temporis Atheistarum numerum; qua in re, & iis, quæ ipsemet alibi scripsit, & alii Societatis Missionarii jam scripserant, contra dicit.

5. Notandum, non ita notum esse in Sinis, nec clarè constare ex veteribus Sinesium Libris, nomine *Tien* significari Deum vivum, & verum, uti Rev. P. pro certo haberi vult, ad quod evincendum sufficere videtur hoc unum, quòd, si ita constaret, & notum esset, nec Doctores Sinenses Gentiles, tum verbis, tum scriptis acriter se opponerent Missionariis, dum illis Deum vivum, quem Christiani colunt, colendum prædicant; nec Imperator ipse, qui Imperium Sinicum nunc

temporis feliciter regit, Rev. Adm. Patri Ferdinando Verbiest Soc. Jesu dignissimo Missionario in Regia Pekinensi olim degenti, ut Missionarii ad nominandum Deum Christianorum, ad evitandas cum Litteratis discordias, nomine *Xaŋg ty* uterentur, suafisset; imò nec laudandus fuisset præfatus Rev. P. Verbiest ex responsione ea de re Imperatori dato, & relato ab ipsomet Rev. P. Le Comte, nec Imperator tacite facere renuisset, quod idem Pater Verbiest prosequendo ejusdem Imperatoris consilio, faciendum optime, & prudentissimè proposuerat: hæc enim in suis Commentariis Gallico idiomate Typis editis tom. 2. pag. 186. præfatus Rev. Pater Le Comte refert, quæ Latine reddita exhibentur: dixit aliquando Imperator Patri Verbiest suo Mathematico, quid est, cur nostras de Deo voces, ac elocutiones refugitis, quas si usurpare velitis, minus multas utique contradictiones Religio vestra inveniret? Supremum Numen, *Tien chù* nominatis, quod nos *Xaŋg ty* appellamus. Nonne res eodem recidit? An repudianda, & abiicienda vox est, propterea quod et falsam notionem vulgus affin-

affinixerit? huic verò ita respondit P. Verbieft: Scio equidem Majestatem Vestram, hac in re antiquæ Sinarum doctrine inherere, sed de illa aberrarunt Doctores non pauci, qui, si iisdem, atque ipsi locutionibus utentes nos audiant, idem etiam sentire secum facile existimabunt. At verò, si placet Majestati Vestræ Edicto publico declarare nomen *Xāng ty* nihil aliud significare, nisi quod à Christianis voce *Tien chū* intelligitur, utramque vocem indiscriminatim, ac promiscuè adhibere non dubitamus: Probata fuit Imperatori Patris Responsio, sed ejus consilio nè pareret, humanæ rationes impedivere. Multoque minus ex vulgo Rev. Patris assertum probari posse videtur, cum ferè nullus ex vulgo sit, qui Idola non colat, & vocem *Tien* juxta Idololatricam Doctrinam à Dei veri notitiâ longè distantem non invocet: Et fortius urgent, quæ Rev. Pater in suo præcitato *tom. 2. pag. 18.* etiam de Secta Litteratorum modernorum scripsit, ait enim: hoc pacto Litteratorum Secta coalluit, qui quantumvis ore, labiisque (propterea quod Cœlum adorandum esse sæpiùs inculcant) Deum colere dici possint;

ab eo nihilominus tamen alienissimum animum habent; hæc namque verba, quæ pietatis summæ speciem præferunt, impia interpretatione adulterant, quâ Numen quodcumque funditus tollunt, omnemque Religionis sensum prorsus extinguunt.

6. Dicendum, quod cum Episcopus Bëritensis de declaratione à Patribus Societatis apposita ad præfatam Tabellam, in suis responsis jam scripserit, ad illam se remittit.

7. Dicendum, quod etiamsi R. Pater eo tempore, quo in diis commoratus est, neminem omninò viderit, cui, vel minima ejusmodi Idololatriæ suspicio oborta sit, non inde sequitur, quod alii non viderint, vel quod talis suspicio, quandoque saltem, oboriri nequeat.

8. Notandum in iis, quæ subdit R. P. dicendo deinde certum est Imperatorem ipsum hanc vocem *Tieñ* intelligere de Summo Coeli Imperatore &c. quod cum etiam R. Pater videatur vocis *Tieñ*, & illius vocis *Xaïg ty* significationem esse omninò eandem inter Doctos, satis difficile sit, per illas significari tam clarè, ut
ipse


ipse vult, Deum vivum, & verum, quem Christiani colunt, cum ferè omnes Docti, & signantèr inter illos celeberrimus Doctòr *Chú ven kung*, seu *Chú by* (ad minus ex eo tempore, quo præfatus Doctòr in Sinis floruit) illas in sensu Atheistico, videlicet pro Cælo materiali, vel ad summum pro quâdam ipsius Cœli virtute ab ipsis vocatâ *Ly* accipiant, uti PP. Societatis, & præcipuè RR. PP. Longobardus, & Philippuccius in suis Scripturis efficacitèr, vel probant, vel asserunt; & notorium in Sinis sit, Imperatorem ipsum tam magni facere prædictum Doctorem *Chú ven Kung*, ut illum titulo *Fu Chuñg*. (quæ voces Litteratorum Caput, & Principem significant) decoraverit, ejusque præcipuè doctrinam in suis Libris, & Commentariis Typis editis se sequi fateatur; Et nemo in Sinis sit, qui in publicis examibus contra illius doctrinam, saltem absque reprobationis periculo, sentire, & scribere quidquam possit; quibus suppositis cum iis, quæ R. P. Le Comte in suo præcitato tom. 2. fol. 181. dicit, quæ etiam Latinè reddita referuntur: Et sunt nequaquam sicut olim jam colitur Supremus

mus ille Cœli Monarca, Justus, Omnipotens, Spirituum Princeps, conditarumque rerum omnium Dominus, eorumque in opere nihil aliud nunc cernitur præter subtilem quemdam, cumque testissimum Atheismum ab omni vera Religione prorsus alienum. Sequitur quod non tam evidentè, & firmitè affirmari possit, illos quidem errare, qui arbitrantur Imperatorem esse Atheum, non obstantibus, quæ R. P. de illo subdit, & de quibus se, & quotquot sunt, aut fuerunt in Curia Missionarios, testari etiam sub juramento posse fatetur; ac tandem credendum erit, Imperatorem, non ita cum magna offensione auditurum, se hic tanquam Atheum traduci, ut asserit R. Pater, cum ipsemet sine ullo rubore cum Idololatriis Idola publicè colat, eorumque Tempia adeat, etsi apud Litteratos, quatenus Litteratos, Idolorum Sectæ pro falsis, & erroneis habeantur, & Atheismus in multo majori pretio sit, quàm Idololatria. Verum nihilominus est, quòd Imperator, licèt exterius cum Idololatriis se Idolorum cultorem ostendat, & cum Atheis Atheorum Sectatorem se probeat, inte-

interius tamen Christianorum doctrinam non reprobatur, & in privatis colloquiis illam sæpè sæpius, uti etiam fecit in publico Decreto, commendat, & approbat.

Hæc sunt, quæ in Scriptura R. Patris Ludovici Le Comte animadversione digna Episcopo Beritensi visa sunt, quæ Em. V. & Sac. Congregationi exhibenda censuit; prout humillimè, & obsequentissimè exhibet, non quidem ut R. P. Le Comte, quem plurimi facit, & maximè in Dño diligit, se adversarium probet: sed ut, quæ non adeo certa, vel aliter se habentia (licet ab eodem R. P. bona fide exposita) in eadem Scriptura continentur, à S. Sede optatam summæ hujus controversiæ decisionem retardare non valeant; & suarum adnotationum censuram, (si quam mereantur) ab eadem E. V. & S. Congregatione, cujus, & S. Sedis æquissimo Judicio illas, & se totum subiicit, obtineat. Romæ die 24. Januarii 1701.

*Fr. Jo: Franciscus de Nicolais
Episcopus Beritensis, &
Vicarius Apost. apud Sinas
destinatus.*



Scripturæ exhibitæ

A B

Illustriss. ac Reverendiss. Domino

FR. JO: FRANCISCO

DE NICOLAIS

Episcopo Beritensi.

PRIMA SCRIPTURA.

I.



UM in Congregatione habita in Palatio S. Officii die 15. Aprilis injuncta fuerit Fratri Joanni Francisco de Nicolais Episcopo Beritensi, & Vicario Apostolico apud Sinas destinato, declaratio, seu versio duorum Textuum Sinicorum ex classico Rituali Sinico Li Ky nuncupato allatorum, qui infra referuntur; idem Episcopus

A

pus

pus Beritensis hujusmodi mandato obtemperans, præfatos Textus Sinicos in Idioma Latinum versos, in hoc folio Illustris. ac Reverendis. Domino Domino Assessori ejusdem S. Officii, ea, qua par est, promptitudine exhibet, & offert,

2. In præfato Rituali Li Ky capite Li Ky, inter alia hæc habentur. Kung chū yuē; ngō chèn, Gē Kē; Chy, Cē Xeù fō: idest, Confucius ait; Ego bellum gerens vinco; oblationem Chy faciens, recipio felicitates, Kay tē Ky taò y [sunt verba Authoris ipsiusmet Ritualis] quia obtinebat [Confucius] eorum [hoc est, Belli gerendi, & oblationis faciendæ] regulas. Kiun Chū yūc, Chy sù pō Ky. Sunt verba ejusdem Authoris, eorumque sensus est: Sapiens, seu Vir perfectus ait, in oblationibus Chy sù [hic Ly sù idem significat, ac Chy, scilicet, offerre, sacrificare] non sunt preces; ubi Glossa interlinealis dicit, Chy yeu Chang li, pō Kieù sū fō, idest, oblatio Chy habet ordinarios ritus; non petuntur private felicitates.
3. In eodē Rituali Li ky capite Kiào tē fēng propè finē hæc habetur, chy yeu ky yeñ; yeu pào yen; yeu py, vel mū yeñ; idest, oblatio Chy habet pre-

preces, habet retributionem, seu gratiarum actionem, habet inde expellere calamitates, infortunia &c. Glossa verò interlinealis ad illa verba habet preces, ait: Jū cheū li Ky fō Chy luy, idest, ut in Rituali Cheū li dicto petendarum felicitatum genus [quasi dicat] preces esse debere illius generis, quod in Rituali Cheū li assignatur: Hoc autem Rituale magnam habet in Sinis auctoritatem; est enim, ut Sinenses ajunt, Rituale Imperialis Familiæ Cheū, sub cujus Imperii finem fuit Confucius, qui ritus dictæ Familiæ, & approbavit, & in praxi se sequi velle declaravit.

4. Genus verò, seu Regulâ petendi felicitates, assignata in dicto Rituali Cheū li colligitur ex sequentibus ejusdem Ritualis verbis, adductis ab uno ex Commentatoribus Ritualis Li Ky: tà Chō Chang lō Ky: Siaò Chō icū Ky fō Chiañg Chy vên: idest, Magnus Orator, seu primarius Cæremoniarum Magister præest sex precibus, seu curam habet de sex petitionibus; minor Orator, seu Coadjutor habet petendarum felicitatum formulam, seu orationem, hoc est, ad ipsum spectat petere felicitates, subintelligitur, in oblationibus hac de causa faciendis; quia Commentator ibidem dicit, Kiay Xy icū Kù,

Cē hing chy, pǒ, Chay Chang sū chy liē:
*idest, hæc omnia ex causa peragi debent, non
 verò in ordinariis, seu consuetis oblationibus.*

5. *Antiquus Doctor, & Commentator Ching
 çū nung, qui floruit imperante Familia Han,
 dicit, illarum sex petitionum primam vocari
 Xùn Chō, in qua petitur Annus frugifer, seu
 abundans; secundam Niên chō ad petendam
 perpetuam rectitudinem; tertiam Kiē chō ad
 petendam felicitatem, seu prosperitatem; quar-
 tam hoà chō, in qua petitur exclusio calamita-
 tum; quintam Xuy chō, in qua petitur, ut
 pluvia, & ventus non noceant, & debito tem-
 pore adveniant; sextam Kiã chō, ad peten-
 dum, ut longè fiant pœnæ, vel peccata, infirmi-
 tates &c.*

6. *Quia tamen ex supradictis non constat, de qui-
 bus oblationibus sit sermo, & ad quos Spiritus
 hujusmodi preces directæ sint, aliqualitèr consta-
 bit ex infra recensendis.*

7. *In eodem Rituali Cheū li alius Textus sic ha-
 bet: Chang lō Ky y tung quey, xin, Ky;
 yē yuē luy; ũl yuē çhaò; Sañ yuē Kuay;
 Su yuē iung; gù yuē Kuñg, lō yuē xuē:
*idest, præst sex petitionibus ad uniendos spiri-
 tus quey, Xin, Ky, scilicet, humanos, seu de-
 functorum, cælestes, ac terrestres Spiritus.**

Pri-

Prima oblatio (in qua tales petitiones adhibentur) vocatur Luy ; secunda Chaò ; tertia Kuày ; quarta Iung ; quinta Kuñg ; sexta Xuè ; præfatusque Doct̃or exponens hæc, dicit, esse Nomina oblationum Chy ; quarum prima, ut ait Doct̃or Chang Kieù xaò, offertur Xang ty, seu Supremo Imperatori ; secunda verò Progenitoribus defunctis . Doct̃or verò Ching explicans præfatum Textum Ritualis Cheü li, ait : Textus vult dicere ; quod calamitatum, & perturbationum tempore exclamationes sunt, monendo Spiritus, & petendo felicitates ; quia dum Spiritus caelestes, Anima defunctorum, & Spiritus terrestres non sunt inter se uniti, statim infortunia, & adversitates eveniunt ; & ideo eodem petitionum ritu uniantur (ad illas scilicet avertendas .)

in oblatione Xy tien facienda antiquo , seu defuncto Magistro Confucio Ritus, seu Cæremonia.

10. Yĕ chò vĕn.

Una, seu prima Oratio .

Guĕy Hung Vù niĕn yuĕ jĕ .

*Imperatoris Hung Vù , Anno , Luna Die ,
hoàng ty Kien .*

Kiù Kuon Kuon Chy Chy yũ tà ching
chy xing Ven .

Siuĕn Vang (*nunc hæc verba signata commu-*
tantur in alia , scilicet , Siĕn sũ Kung chu)

gucy Vang (*nunc gucy sũ*) tĕ poĕy ticĕn
ty ; tào Kuon Kù Kiĕ , Saĕ Xõ lõ King.

suy hieĕn uan xy ; Kĕn y tĕng pĕ , chy ly ;
chũ ching , xõ pin , chy fung Kieù chaĕg ;

xĕ chin ming chieĕn y yen quĕ fõ xing
Kuĕg ; ching quĕ chung xing Kung ; y ,

quĕ xõ Xing Kung ; cheũ quĕ yà xing
Kuĕg poĕy , Xang hiang ,

*Imperator misit (nos) paratos Gubernatores ,
Gubernatores accedimus ad faciendum chy ma-
gne perfectionis summo Xing Sapientie Illu-
stratori , seu Illustri Regi (nunc antiquo ,
seu defuncto Magistro Confucio) equidem Regis
(nunc Magistri) Virtus æquat Cælum , ac Ter-
ram , Doctrina coronat Antiquos modernoque ;
correxit , illustravitque sex Kiĕg (idest Classi-*

statuta oblatio Sū habet consuetos ritus, clara, pura, paritèrque per ampla, seu opulenta, copiosa; Spiritus ipse adveniat cum sua præclara, & Xing præsentia .

12. Tien Pě .

Offeratur pannus sericus, seu offerantur panni serici .

Oratio .

Chù sēng Min lay xuy ty ky Xiāg .
Guey Vang (nunc Sū) xin Ming yuē
çhien xing; Chū pē kiù Ching, ly yung
sū Ching; xù çhiē fy hiāg, guey xin chy
ting .

Ex quo nasci cæperunt Populi, seu homines hucusque, quis pervenit ad (tuarum Virtutum) excellentiam? tantum Regis (nunc Magistri) Spiritus clarus (est nomen, quo Spiritus in genere appellari solent) excedit præteritos Xing; fruges, (Oriza scilicet, & alia legumina) ac pannus sericus, seu panni serici, omnia præstò sunt hìc, ac parata, rituum gravitas correspondet: at non fruges olent, tantum Spiritus ipse audiat .

13. Chū hien .

In prima Oblationis parte .

Tà çhay xing vang (nunc Xing sū)
xē ticā sēng tē ,

B

Chō

Chō yō y chung xy Sū vū yē , ching
Kū gucy hiñg, Kià

Sēng Kung xē chièn Sicū Xin ming
xō Ky chāo Kē .

*Magnus sanè , seu , ò quam Magnus (es)
Xing Rex ! (nunc Xing Magister) certè
Cælum nasci fecit Virtutes (tecum) fit Musi-
ca ad (te) honorandum ; temporis oblatio Sū
non fastidit , excedit , purum Vinum tantum
redolet , optima Victimamagna , & pulchra
offertur disposita ; (tuus) spiritus clarus for-
sitan respiciens appropinquabit (ad oblata)*

14.

Yà hien, Chuñg hien .

In secunda , & tertia oblationis parte .

Oratio .

Pē Vang chuñg sū , sēng min uñc
gucey, cheñ chy yang .

Yang xin , Ky ning chy chō py Kiñ
luy, gucey ching, chiè .

Chy; tēng hien yū sãn, ū hy Ching ly.

*Centum (apud Sinas est numerus determi-
natus pro indeterminato , & universali , idest ,
omnium) Regum primarie Magister , natorum-
que Populorum Regula , seu Norma ; (ipsi)
respiciunt ad Te , in magna copia Spiritus , ipsi
quiescunt , & sistunt (hic) infusum in aureo
Vase (Vinum) tantum (est) purum , optimi-
que*

que saporis ; ascendentes offerimus per tres vi-
ces, utinam perficiatur ritus ; seu latantes per-
ficimus ritum .

15. Chē Chuon .

*Colligantur Vasa , in quibus sunt come-
stibilia (oblata .)*

Oratio .

Hy Siang Chay Chien, teù pien Chay
liē, y hiang, y Chien,

Ky fuen, Ky Kiē, ly ching; yō py,
Jin hō, xin yuē: chy che

Xeù fō, sū chun uū yuē .

*Victima Imago stat coram, Vasa (plena)
stant per ordinem (disposita) cum sint fragran-
tia, & nitida, seu sine macula, ritus perfecti,
Musica adaequata . Homines uniuntur, Spi-
ritus latantur: faciendo chy sanè recipiuntur fa-
licitates . Sequimur (ritibus) nos conformando,
& non praterimus .*

16. Sung Xing .

*Comitetur Spiritus, seu comitentur
Spiritus (abeuntes .)*

Oratio .

Yeù yèn hiō Kuñg, sù fañg lay chunġ,
Kē Kung sù sù,

Guey y iuñg iuñg; hiñ Kē guēy hiñg;
xin iù hoan fō; ming

iñ, sũ piẽ, hiẽn ing pẽ fõ .

Habet gravitatem (ò quàm grave est) Collegii Palatium, à quatuor partibus veniunt ad (illud) honorandum, accedentes reverentèr ad oblationis Sũ ministeria; Compositio (in iis) gravissima, fruuntur, & approximantur (Spiritus) ad fragrantiam; Spiritus (nunc) abeunt, & revertuntur; clara oblatio, ipsa finita est, omnes recipient centum falicitates.

17. *Ex eodem Tà ming hoey tien.*

Kià ching Kieù nien.

Imperatoris Kiã ching nuncupati nono anno, ipsemet Imperator offerens quibusdam Antiquis, inter quos nominantur ibi Cheũ Kuñg, & Confucius sic ait.

Guey meù nien suy, &c.

Quidem tali anno, &c.

Kin Kaò yũ siẽn xing, chũ sũ, Kay
Cheũ Kuñg, Kung

Chù, yuẽ, yù guẽy heù hiõ chy chũ,
piẽ lay siẽn xing

Y chiẽ y guẽy chĩn siẽn; chù yũ
ming jẽ Kay Kiang

Hiõ, fõ guẽy mẽ yùn xin Ky, Kiõ gò
heù hiõ, piẽ ching

Ching

Ching chy Kuñg, pō ty; xō chy ping
chy chy Kò cheñ ,

Ul xing tào, yung yeù cheñ min chy
hoëy y tē yung .

Tièn Kao guëy Xing sū Kieñ yeñ .
Kin Kaò chuñg .

*Reverentèr moneo Antiquos , seu prateri-
tos Xing, omnes Magistros, und cum Principe
Cheñ Kuñg, & Kung chu , seu Confucio ,
& dico, quod Ego (Imperator) tantum (ha-
bens) posterioris Discipuli aptitudinem , seu
habilitatem, certè innitar Antiquorum Xing
relictæ in libris (doctrinæ) ad proficiendum
in Virtute ; Itaque cum crastina die initium
detur studiis, cupio, seu supplex oro (Vos) ut
secretò revolvatis , seu moveatis spirituales
(meam) potentiam , excitetis me posteriorem
Discipulum, faciatis , ut perficiam rectitudinis
opus , seu meritum, sine defectu: forsàn ad regi-
miniis pacifici summitatem potero pertingere ,
& Xing Doctrina perpetuò erit ad beuifican-
dos Populos beneficium ; præcipuè adhibeo
oblationem Tièn monitoriam , seu ad monen-
dum , tantum Xing (&) Magistri (eam)
respiciant . Reverentis monitionis finis .*

Ex Libro Classico Chuñg yung.

C A P. 30.

18. Chung ny chù xǒ yaô xùn ,
Hièn Chāng uên uù . Xang
Liū tiēn xy, hià siǒ xuy tù .

Confucius prosequutus est, & evulgavit Regum, seu Imperatorum yaô, & Xun Virtutes: obsecutus ven, & vù Regum ritibus, & legibus; supra imitatus est Cæli temporum (vicissitudines) infra se accommodavit cujuslibet loci (moribus, ac ritibus) seu Terræ (proprietasibus.)

19. Py jû tiēn ty chy vù pǒ chy çhay, vù
pǒ feù taò :

Py jû sù xy chy çhō hing, jû jē yuē
chy tà y ming .

(In quantum Confucius in se collegit priorum Regum, rerumque item Superiorum, & inferiorum virtutes) similis fuit Cælo, & Terræ, quorum est omnia sustentare, omnia cooperire; (in quantum à Virtutis Operibus nunquam cessavit) similis fuit quatuor Temporum (sibi invicem succedentium) cursui, Solisque, & Lunæ successivæ claritati.

No.

Notandum , quod in expositione præfati
 Textus Commentator Chañg Kō laò dicit ,
 Xing lin chy taò tē , chē yū tiēn ty
 chañ , idest , Confucii (qui per Antonoma-
 siam Xing lin dicitur) Doctrina , & Virtus
 redtè cum Cælo , ac Terra Ternarium consti-
 tuit ; (hoc autem in sensu Sinensium significat
 aquare Cælum , ac Terram .)

20. Van vē ping yō , ūl pō siang hay ; taò
 ping hing ,

Ul pō siang poey ; Siaò tē chueñ lieù ,
 tà tē tuñ hòà ;

(Cælum inter , ac Terram) Res
 omnes unà procreantur , nec se invi-
 cem lædunt ; quatuor Temporum ,
 Solisque , & Lunæ successiones , unà
 paritèr (Cælum inter , ac Terram)
 incedunt , nec tamen sibi contrarian-
 tur [quia scilicet Cœli præcipuè , Ter-
 ræque] parva Virtus , velut Aqua se
 ad omnia diffundit , & magna Virtus
 est rerum omnium Procreatrix (Vir-
 tus parva est , quam Cælum , & Ter-
 ra respectivè in res procreatas quaslibet
 diffundunt : Virtus magna est Virtus
 totalis omnia procreandi , quæ in ipso
 Cælo , Terræque residet) & hoc est ,

Cœ-

Coelum, & Terra quare dicuntur magna. (Nonne ergo magnus erit Confucius, cui nec defuit Virtus magna, quam in sese è perfectissimis Hominum, & Rerum præstantissimis collegit; nec defuit Virtus parva, quam indefinenter omnibus suis actibus communicabat?)

21. Yèù ty Sañ xē chang.

*Idest, superscriptum est trigesimum
Capitulum.*

Et quæ in illius expositione hic dicuntur, vel sunt ex sensu litterali ipsius Textus, vel ex sensu Commentatorum, uti sunt ea, quæ intra parenthesim continentur.

TERTIA SCRIPTURA

*Illustrissimi Episcopi de Nicolais consignata
die 5. Julij 1700.*

Ly Ky pãng hiùn Kivèn Chy gù.
Ritualis Ly Ky pãng hiùn tract. 5.
Capite Chy fã.

22. *Capite, cui titulus Regula Chy Oblationum,
seu Sacrificiorum.*

*Moneo Lectori, quoad ea, quæ intra paren-
thesim infra continentur, sunt addita claritatis
gratia, nisi ibi aliud dicatur,*

Chy fã : yèu yù xy, ty hoâng ty ùl
Kião Kõ.

Chù chueñ hiõ, ùl chũng yaô. hià
heù xy

Yê ty hoâng ty ùl Kião quõn; chù
chueñ hiõ,

ùl chũng yù. iñ jin ty Kõ, ùl Kião
mĩng; chù

Siẽ, ùl chũng tang. cheũ jin ty Kõ,
ùl Kiaõ chĩaõ;

Chù vèn vang, ùl chũng vù vang.

Chy regula, seu lex erat (vel dum regna-
bat) Familia (antiquissima) yù faciebat ty

C (Glossa

(Glossa dicit, hoc esse magnum chy) hoang ty Imperatori (antiquiori eiusdem Familie) & faciebat Kiào (Glossa dicit, esse sù, seu Sacrificium Cælo factum) Imperatori Kō (paritèr antiquissimo, dum enim Cælo sacrificabant, tanquam Comitè in Sacrificio, ipsi Cælo assignabant antiquiorem Proavum) Proavi, (quibus, tanquam primariis, faciebant chy) erant Chuñ hiō, & yào (qui post supra nominatos rexerunt Imperium.) Familia hià paritèr faciebat ty Imperatori hoang ty, & faciendo Kiaō (Cælo associabant) Quōn (qui fuit Pater primi Imperatoris Familie hià.) Proavi primarii erant Chueñ hiō, & dictus Imperator yù. Homines Familie iñ faciebant ty supradiçto Kō, & faciendo Kiaō, associabant Cælo quemdam Ming nominatum; pro primariis Proavis habebant siē, & tang, Homines Familie cheū faciebant ty præfato Kō, & faciendo Kiaō associabant Cælo quemdam alium nominatum chiē; Proavi primarii erant Reges vñ vañg, & vñ vañg.

23. Hic Glossa ait, hunc esse ordinem servatum à quatuor antiquissimis Familiis Imperialibus in faciendo chy; & addit, quod in Textu apparet aliquis error; vbi enim Textus ait, quod
Fami-

Familia yù faciēdo Kiaō associabat Cælo quendam Kō, deberet dicere, quod Chueñ hiō, & ubi dicit, quod primarii Proavi erant Chueñ hiō, & yaô, deberet dicere Kō, & yaô. (Videtur enim, Chueñ hiō antiquiorem fuisse, quam Kō.) Ubi verò dicit, Quòd Familia hià Kiào Quōn, deberet dicere Kiào Chueñ hiō, & chù Quōn; ac tandem de Familia Jñ, ubi ait Kiào ming, deberet dicere Kiào Siē; & ubi dicit chù Siē, deberet dicere chù Ming. (ad servandum ordinem antiquitatis.) (Notandum tamen, quod non obstante tali errore, Textus à Sinensibus relinquitur immutatus.)

24. *Sequitur Textus dicens.*

Fân Chay yū tây tâñ; çhy tieñ yè.

Glossa dicit tây tâñ esse yven Kieñ.

Fân Chay (est Sacrificium, in quo ligna cremantur, & Victima comburitur) in loco tây tâñ dicto, est çhy Cælo factum.

Glossa ait tây tàn esse locum circum circa eminentem, & rotundum, ac in medio declivum.

25. *Ibidem Textus ait.*

Y may yū tay chē. Chy ty yè.

Glossa ait tay chē esse fañg Hieñ

Y may in loco tay chē dicto, est facere

chy Terra; (Notandum, quòd illa dua littera, ac Voces y may significant abscondere, ac sepelire; unde colligitur, tale Sacrificium fieri sepeliendo Victimam.)

Glossa ait, quòd tày chē est locus, seu parvus Collis quadratus, ac declivus in medio.

26.

Sequitur Textus.

Yung sīn tō. May xaò laô yū tày chàò, chy Xy yè.

Adhibetur (in dictis Sacrificiis) Victimam rubei coloris, seu carnei. (est Vacca, seu Vitulus) mây xaò laô in loco tày chàò est chy faciendum quatuor Anni Temporibus.

Textus.

27.

Chù yng yū Kañ tañ: chy hân xù yè.

Chù yng in locis Kân, & tân, est chy faciendum frigori, & calori.

28.

Glossa: hân xù vâng lay vâng chè chù lūng chy. lay chè ym heù chy.

Glossa: frigus, & calor abeunt, & redeunt, abeuntibus fit chù ea comitando; venientibus fit iñg, ea recipiendo.

29.

Sequitur Textus pagina secunda eiusdem folii.

Vâng Kuñg; chy jē yè.

Vâng Kuñg est chy soli faciendum.

30. *Glossa ait* ợh yế chy tañ miñg vañg
Kuñg.

*Glossa ait locus Terræ eminens tàm dictus ,
ubi soli fit ợh nominatur Vang Kuñg.*

Textus .

31. Ye ming, chy yvê yè .

Yè miñg, est ợh Lunæ faciendum .

32. *Glossa :* ợh yvê chy Kañ yvê yè
miñg .

*Glossa: Kañ, idest locus declivus, seu fovea,
ubi Lunæ fit ợh, dicitur yè ming .*

Textus .

33. Yeù ợhuñg; ợh Siñg yè .

*Yeù ợhuñg, est ợh Syderibus faciendum .
(in loco sic nuncupato .)*

Textus .

34. Yù ợhuñg : ợh xuy hàn yè . Yù
ợhuñg .

*Yù ợhuñg, est ợh faciendum Aquis, &
siccitati .*

35. *Glossa :* hiũ ùl Kieũ yù Chy ợh kieũ
ợh xuy chè ,

Yù y xy Chy, Chẽ vũ xuy hoãn.

36. *Glossa : si suspirando , ac petendo pluviam
fiat ợh, simulque fiat ợh Aquis, pluvia suo
tempore adveniet, nec erit pluvia penuria .*

Textus

Textus ibidem .

37. Sù Kàn tàn, çhy sù fañg yè .
*Quatuor Kàn , & tàn , est çhy, quod fit
 (in locis sic dictis) quatuor (Mundi, seu Im-
 perii) partibus .*

38. *Glossa : ad illa verba Sù fañg ait pē vē
 Chy xin .*

39. *Glossa : ad illa verba , quatuor partibus ,
 ait centum, seu omnium rerum Spiritibus .*

Sequitur Textus dicens .

40. Xañ liñ, Chueñ Kö, Kicū, liñg, neñg
 chō yuñ , guêy fuñg yù , hieñ quay vē
 Kiay yvē xiñ .

*Montes, Nemora, Flumina, Valles, Colles
 parvi, Colles magni, potentes emittere Nubes,
 facere Ventos, pluviam, ac facientes miras res,
 omnes dicuntur Xin, seu Spiritus .*

Textus .

41. Yeù tieñ hià chè çhy pē xin . Chū
 heù çhay Ky ty, çhē .

Chy chy ; vang Ky ty çe pō çhy .

*Imperium habens , seu Imperator facit çhy
 centum (idest omnibus) Spiritibus . Reguli
 stantes in suis terris faciant illis çhy (eisdem
 Spiritibus , seu illarum Spiritibus ,) si verò
 amittant suas Terras, seu illis priventur , non
 faciant (illis) çhy .*

Textus .

Textus .

42. Tà fan seŋg ticn ty chy Kieñ chè ,
 Kiay yvê ming : Ky
 Vãn vè sù, Kiay yvê chē . Jin sù yvê
 Kuey . chù gù tay
 Sò pō pièn yè . Chiē tay chy sò keŋg
 liē chè, ty, Kiaō, chù,
 Chuŋg. Ky yû pō pièn yè.

Generalitèr, quæ nascuntur Cælum inter, ac Terram, omnia dicuntur Mandatum, hæc omnia moriendo, dicuntur destitui; homines morientes dicuntur redire, seu reverti. Hæc sunt, quæ quinque Familiæ antiquissimæ imperantes non mutarunt: Septem verò Familiæ illis posteriores, quæ alitèr statuerunt, seu immutarunt, sunt ty, Kiaō chù chuŋg; (quia cum alios haberent Proavos, & Progenitores, aliis quoque faciebant chy significatum præfatis nominibus, & ipsi Cælo alium Proavum respectivè associabant, dum illi faciebant kiaō. Cætera non mutabantur, seu nunquam mutata fuere.

43. Glossa: ad illa verba Ky yû pō pièn, ait
 ticn, ty, jē
 Yvê chy luy .

Glossa ait, quod quæ nunquam fuere mutata, sunt Cælum, Terra, Sol, Luna, & alia, huius

huius generis (quia ab omnibus perpetuo Cælo, Terra, Soli, Lunæ, & cæteris, Sacrificia facta fuerunt.)

Fol. 1. pag. 2. Columna ultima; & fol. 2, pag. 1. & 2.

44. Ticn hià yèu Vang, fucn ty, Kieñ quē, chy tū, liē yē, xē miào, tiaô, tañ, xen, ùl chy Chy. Nay guey chin sū, tō Xào chy sù. Xy Kù Vang liē çhiē miào, yē tan yē xèn :

Yvē Kaò miào, yvē yañg Kaò miào, yē hoàng Kaò miào

Yvē hieñ Kaò miào, yvē chù Kào miào, Kiay yve chy chy;

Yveñ miào guey tiaô. Yèu ùl tiaô, hiang, Chang, nay chy.

Kiù tiaô guey tan; Kiù tañ guey xēñ. tañ, xēñ yèu taô

Yēñ chy chy vū taô nay chy. Kiù xen yvē quey.

Mundus (Imperium) habet Regem, qui dividit Terras, constituit Regna [Regulos] designat Regiam, erigit Oppida (Urbes) disponit Miào, tiaô, tan, xen (sunt loca ad faciendum chy) ut in eis fiat chy. Per hæc fit, ut distinguantur Proximi, Consanguinei, & Remoti, eorumque major, & minor numerus, seu

seu certus numerus ; ideo Rex erigit septem
 Miào unum tañ (est Terra eminens , seu in
 cumulum coacta) unum Xèn (est Terra ex-
 cavata) : Primum Miào dicitur Kaò , ideo
 Genitoris defuncti Miào : Secundum dicitur
 vang Kaò Miào , ideo defuncti Avi Miào :
 Tertium hoang Kaò Miào , ideo (in ascen-
 dendo) Atavi Miào : Quartum hieñ Kaò
 Miào , ideo tertii Avi Miào : Quintum chù
 Kaò Miào , ideo quarti , seu primarii Avi
 defuncti Miào . His quinque remotiora Miào
 dicuntur tiaò , & sunt duo tiaò (ad hoc trans-
 feruntur Tabellæ Proavorum , quæ ratione an-
 tiquitatis eorundem affirmari nequeunt am-
 plius in quinto Miào .) In præfatis tiaò fiat
 chy tantum bis in anno (quod quidem chy
 significatus in Textu per illa verba hieñg
 chañg) cum Tabellæ præfate removendæ
 erunt à locis tiaò dictis (quod etiam fit ratio-
 ne Antiquitatis) fit tañ , & dum removendæ
 erunt à loco tañ dicto , fit Xèn : in locis tañ ,
 & xèn dictis si sint faciendæ , seu habendæ pre-
 ces , fiat illis chy ; si non sint effundendæ pre-
 ces , non fiat (ideo tantum ratione precum) in
 illis faciendum est chy . Tandem cum (ratio-
 ne Antiquitatis) removentur à loco Xèn di-
 cto , dicuntur Quey . Ubi Glossa ait quey ,
 D ideo ,

idest, reverti; (tunc enim cessat cultus, & chy erga tales Tabellas, quæ Terræ infodiuntur) subjungit Glossa, quod etiam si orandum sit, ad illas non acceditur,

45. Notandum, quod Glossa hîc dubitat de locis tañ, & xèn dictis, cum prædecessores Doctores de illis non fecerint mentionem: proponit dubium, sed Textus hætenus intactus, & immutatus remanet.
46. Sequitur Textus dicens, quod Reguli erigunt quinque Miào, unum tañ, & unum xèn; Marchiones, & his similes erigunt tria Miào, & duo tañ.
47. Imperii Doctores (& Regulorum ait Glossa, primarii Doctores) erigunt duo Miào, & unum tañ: Gubernatores, & Magistri erigunt unum Miào: Ordinarii Doctores, seu Litterati, & Plebs non habent Miào: Mortui dicuntur quey (de præfatis Miào, tañ, & xèn respectivè eadem dicuntur, ac de Regiis, seu Imperialibus, & quod in tañ, & xèn non fiat chy, nisi, cum preces fieri debeant.
- Fol. 2. pag. 2. Textus ait.
48. Vañg quey Kiuñ siñg liē xē, yvē, tay xē. Vañg chu
Guèy liē xē, yvē, vañg xē. Chū heu
guèy pē siñg liē xē, yvē

Quē

Quē xē Chū heù çhù guêy liē xē yvē
heù xē; tà fū y

Hià Chiñg Kiuñ liē xē, yvē chy xē.

Vaņg guèy Kiuñ sĩng

Liē Chiē sù, yvē, sū mĩng; yvē chuñg
lièu; yvē Quē muên;

Yvē Quē hiñg; yvē tay ly; yvē hy; yvē
chào. Vaņg chù

Guèy chiē sù. Chū heù guèy Quē liē
gù sù. yvē sū mĩng;

Yvē chuñg lièu; yvē quē muên; yvē
quē hiñg; yvē

Kuñg ly. Chū heù çhù guèy liē gù sù.
tà fū liē sañ sù

Yvē, chō ly; yvē muên, yvē hiñg. tiē
sù liē ùl sù, yvē muên,

Yvē hiñg. Xō sù xō Jĩn liē yē sù hoē
liē hũ, hoē liē chào.

*Rex pro cunētis familijs erigit Xē (locum
scilicet ad cultum Spiritus tutelaris Terræ de-
stinatum, seu ipsum Spiritum Terræ tutelarem
designat) quod dicitur magnum Xē. Rex pro
se erigit Xē (idest talem Spiritum, seu locum,
ubi ipse cultum illi debitum tribuat) dicitur-
que Regis Xē. Reguli pro centum familijs
(idest pro Populis sibi subiectis) erigunt Xē
(ut supra) diciturque Regni Xē. Reguli pro*

se erigunt Xē, diciturque Reguli Xē. Mar-
 chiones, & his inferiores (Gubernium, seu
 Terrarum dominium habentes) erigunt Xē,
 diciturque Chy xē (idest pro se, & sibi subdi-
 tis, vel pro omnibus erectum Xē) Rex pro
 cunctis Familijs erigit septem sū (sunt Spiri-
 tus tutelares, quibus Sacrificia fiunt.) Primus
 dicitur, qui vitæ præest; Secundus dicitur me-
 dium Domus (idest) Spiritus, qui stat, & præ-
 sidet in medio Domus, idest in loco, ubi aquæ è
 Teētis defluunt, seu in interiori atrio. Tertius
 dicitur Regni Porta (nominatur à loco, in quo
 præsidet.) Quartus dicitur Regni Via (ea-
 dem ratione.) Quintus dicitur tay ly (Glossa
 ait, esse Antiquos Imperatores, & Reges de-
 functos sine hæredibus.) Sextus dicitur Ianua
 (quia præsidet Ianuæ Domus.) Septimus di-
 citur Focus (quia foco præsidet.) Rex pro se
 erigit septem sū (ad instar præfatorum, sed
 hic non nominantur.) Reguli pro (suo) Re-
 gno erigunt quinque sū. Primus dicitur sū
 ming (quia Vitæ præsidet.) Secundus chuñg
 licù (quia præest in medio, seu Atrio interio-
 ri domus.) Tertius Quē muèn, Regni Por-
 ta (quia præsidet Regni, siue Regiæ portis.)
 Quartus dicitur Quē hiñg (quia præest Re-
 gni vijs.) Quintus dicitur Kuñg ly [Glossa
 ait.

ait, esse Regulos defunctos sine hæredibus.)
 Reguli pro se erigunt quinque sù (sed non
 nominantur.) Marchiones, seu his similes in
 dignitate, & dominio erigunt tres sù. Primus
 dicitur chō ly (Glossa ait, esse Marchiones
 &c. defuncti sine hæredibus.) Secundus dici-
 tur Porta (quia Porta, seu Portis Oppidorum
 ad præfatos Marchiones spectantium præest.)
 Tertius dicitur hiñg (quia præest Vjs.)
 Primarij Doctores (gubernium habentes) eri-
 gunt duos sù. Primus dicitur Porta (quia
 præest Portis locorum, in quibus dicti Doctores
 gubernium habent.) Ordinarij Doctores, &
 Plebs erigunt unum sù, vel erigunt hū Ianuá,
 vel erigunt chaò focum.

Sequitur ibidem Textus fol. 3. pag. 1.

49. Vañg hià çhy xañg gù. tiē çhù; tiē
 suñ; tiē

Cheñg suñ; tiē hivenñ suñ; tiē; lay
 suñ;

Chū heu hià çhy fañ. tà fū hià çhy ùl
 tiē sū,

Kiē xō Jiñ çhy çhù ul Chy.

Rex inferius facit çhy in Iuuentute defun-
 ctis, seu ante Annum sextum decimum quin-
 que (ab ipso descendentibus) Filio primoge-
 nito, Nepoti primogenito [& sic de cæteris
 vsque

usque ad quintum gradum descendentiæ in linea recta inclusivè :] Aliter etiam intelligi posset, scilicet pro legitimis Filijs, Nepotibus, &c. usque ad quintum gradum inclusivè . Reguli inferius faciunt chy præfatis descendibus usque ad tertium gradum inclusivè . Marchiones , & similes inferius faciunt chy usque ad secundum gradum , scilicet Filijs , & Nepotibus . Doctores, & qui è Plebe sunt homines, tantum Filijs .

Textus ibidem sequitur .

50. Fû xiñg Vañg chy chy chy sù yè .

Hæc (est) Xiñg Regum dispositio , seu statutum pro faciendis chy sù, (hæc duæ voces idem significant .)

51. *Glossa ad illa verba Xiñg Vañg ait*
Xiñg vañg chè yeñ

Yeù tē, yeù yeù guey yè .

Glossa ait : Xiñg Vañg dicuntur, qui habent Virtutes, & (Regiam) dignitatem .

Fol. 3. pag. 2. Textus ait .

52. Fà xy xū miñ, chē sù chy
Y sù Kiñ sù, chē sù chy
Y laô tiñg quē chē sù chy
Neñg yù tà chay, chē sū chy
Neñg hàn tà hoàn, chē sù chy .

Illis

Illis, qui regulas dedere, & beneficia contulere Populis, fiat sù Glossa habet chy, quia sù idem hìc significat, ac chy.

Diligentè Officiis suis incumbentes, si hac de causa moriantur, fiat eis sù. Illis, qui proprio labore, ac merito firmarunt Regnum, fiat sù. Potentibus defendere, seu custodire (Regnum) in magnis calamitatibus, (post mortem) fiat sù. Potentibus resistere magnis (Regni) aduersitatibus (post mortem) fiat sù.

53. Xy Kù ly Xañ xy chy yeù tieñ hià yè;
Ky chù yvè

Nuñg, neñg chē pē Kō, hià chy xoay yè, cheū Ky Ky

Chy: Kù sù y guēy chiē (Glossa ait Kō xiñ.)

Ideò est, quod (Antiquissimus) ly xañ xy habuit Imperium; eius Filius (Glossa ait, Pro-nepos) nomine nuñg, potuit colere Agros, & omnis generis semina, fruges; (docuit, seu instituit Agriculturam) sub finem Familiæ hià (paritèr antiquissimæ) Familiæ cheū, (quæ eidem familiæ hià successit) ab eodem nuñg trahens originem, ea ratione [instituta Agricultura] faciebat ei sù veluti chiē (Glossa, frugum Spiritui.)

54. Kuñg Kuñg xy chy pà Kieù cheū yè;
Ky chū yuē

Heū Kuñg, neñg piñg Kieù cheū, Kù
sù y guey xē (*Glossa ait, tū xiñ .*)

[*Antiquissimus*] Kuñg Kuñg xy tyran-
nicè imperabat, novem cheū (*Sinarum Regno*
antiquitùs in novem cheū , seu Provincias di-
stincto) ejus Filius heū Kuñg nominatus va-
luit pacificare (*dictas*) novem cheū , ideò fit
ei sù veluti xē, seu habetur pro xē (*Glossa pro*
Terræ Spiritu .)

55. Ty Kō neñg siù siñg xiñ , y, Chū
Chuñg.

Imperator Ty Kō potuit ordinare Sydera ,
eaque ostendere Populis (*docuit Astrono-*
miam , regulasque illius tradidit , disposuit-
que .)

56. Taô Neñg Xañg Kiuñ fā , y y
Chuñg.

Imperator Yaô valuit præmia æquare
(*juxta exigentiam meritorum*) pœnarumque
leges; ac in Justitia ultimum diem obiit (*Glos-*
sa , obtinuit Virum dignum , cui Imperium
traderet .)

57. Xùn Kiñ Chuñg sù, ūl yè sù .

Imperator Xùn incumbens diligentèr com-
munibus (*Imperii*) negotiis , in Campo mor-
tuus

tius est (*Glossa* : *visitans Regnum* , *excessit e*
Vita .)

58. Quon chāng huāng xuy , ul Kiē
Sū .

(*Magnus ille Regni Minister*) Quon di-
ctus , curavit liberare (*Regnum*) ab Inun-
datione aquarum (*Diluvii cuiusdam*) (*at*
non perfecit opus) & occisus interijt .

59. Yü nēng sicū Quon chy Kunāng

Imperator Yü (filius dicti Quon) valuit
perficere opus eiusdem Quon .

60. Hoāng ty chīng mīng pē vē y mīng
mīn, Kuāng chay

Imperator Hoāng ty dictus , direxit , seu
imposuit nomina centum (idest omnibus) rebus
ad illustrandos Populos [ut scirent] tributa
solvere rerum pretiosarum .

Chuen hiō nēng sicū chy .

Imperator Chuen hiō dictus valuit idip-
sum perficere .

61. Siē guēy sū, ul mīn Chīng .

(*Magnus Regni Minister*) Siē dictus , fuit
(*constitutus*) in dignitate Sū tū (*Doctrinae*
Præfectorum primarius Præfector , *iuxta*
Glossam) & Populi (*obtinerunt morum*)
perfectionem .

62. Mĩng Kiĩ Ky Quoĩ, ùl xuy sù .
 (Regni Minister) Mĩng dicitur , diligentèr
 incubuit suæ Gubernatoris Dignitati , & in
 aquis (submersus) obiit .

63. Taĩng y Quoĩ , chy miĩ , ùl chú Ky
 niõ .

Imperator taĩng cum magnanimitate , &
 clementia rexit Populos , & expulit ab eis ty-
 rannidem (Imperatorem scilicet , qui tyrannicè
 eos tractabat .)

64. Vẽn Vaĩng y vẽn chy .

Rex Vẽn Vaĩng cum Sapientia rexit (Re-
 gnum .)

65. Vù Vaĩng y vù Kuĩng Kiu miĩ chy
 chay .

Rex Vù Vaĩng (prefati Regis filius) cum
 militari merito (bello scilicet) expulit Popu-
 lorum calamitatem (Imperatorem Chẽu
 dictum , qui Tyrannorum more eos vexabat .)

66. chú Kiay vù Kuĩng liẽ yũ miĩ yẽ .

Isti omnes habent præclara merita apud Po-
 pulos (subintelligitur hĩc , quod ideo eis juxta
 leges fit sù , vel chy)

67. Kiẽ fũ Jẽ , yvẽ , sũng xiĩ , miĩ sò cheĩ
 niĩng yẽ ;

Xaĩ liĩ , chũcĩ Kõ , Kĩcũ liĩ , miĩ sò
 chũu , chay

Yuĩng

Yuñg yè . Fy chù chō yè , pō chay sù
tiē .

Ac etiam Sol , Luna , Sydera , ad quæ Populi aspiciunt (eorumque claritate, ac Influxibus beneficis utuntur) Montes , Nemora, Flumina , Valles , Colles majores, minoresque , è quibus Populi divitias , seu pretiosa extrahunt ad usum . Si non sint de genere hucusque reatorum, non sunt comprehensi in numero eorum , quibus ex lege sù (idem est , ac chy fieri debet ,

Finis Capitis chy fã (in quo Regula traditur faciendi chy .

QUARTA SCRIPTURA.

*Ejusdem Illustrissimi exhibita
Die 12. Julii.*

CUM in Congregatione particulari habita in Palatio S. Officii die prima Julii super Controversiis circa varios Sinarum Ritus &c. injunctum fuerit Fratri Joanni Francisco de Nicolais Episcopo Beritensi, ut ex Classicis Sinarum Libris, vel publica Auctoritate Typis æditis, ac præsertim ex Magno Rituali, cui titulus *Ly Ky*, & aliò *Chú Vên Kuñg Kiá ly* dicto, nonnulla ad eisdem Ritus spectantia extraheret, & in Latinum Idioma verteret; propterea idem Episcopus prædicto mandato obtemperans infra scripta Sac. Congregationi exhibet, & offert exhibiturus successivè plura, prout opus fuerit.

In Rituali Sinico Ly Ky pañg huiñ, Kiveñ, seu Tract. primo Cap. Kiõ Ly fol. 2. pag. 1. dicitur.

68. Taò chû, çhy sù, Kiñg Kiē qucy
Xiñ, fy ly pō chiñg, pō choañg.
Rogativa çhy sù (sive preces effundere)
de necessariis providere ; seu necessaria offerre
Spiritus qucy xiñ dictis sine ritu (præscrip-
to) non præstat , seu non (est talis) perfectio-
nis, & forma (qualis in his peragendis requi-
ritur .)

Glossa interlinealis ibidem ait :

69. Taò Kieñ guèy y; chû vên guèy chù;
çhy yañg
Guèy sù; sù ngañ guèy tào .

Petitiones, seu preces (in faciendo çhy sù)
pro fine, dispositio , & ornatus pro principali :
(ipsum) çhy , & alimenterum (exhibitio)
pro negotio; (ipsum) sù pacificum pro regula,
seu doctrina .

70. Notandum , quod suprarrelati Textus , &
Glossa sunt aliquantulum obscuri , & idè ,
quantum fieri potuit, sensum litteralem in ver-
sione referre conatus sum .

Fol. 7. pag. 1.

71. chay Kiay y Kaò qucy xiñ
Fesunia , Mortificationes , & Abstinentie
(sunt) ad monendos Spiritus qucy xiñ
72. Glossa : çhy nùçy, çhy, fañg vay vè .

(Pra-

(Præfata sunt) ad componendam interiùs
Animum, & ad depellendas; seu removendas
exteriùs res (quæ minùs dispositum reddere
possent ad id; quod intenditur peragendum.)

Fol. 7. pag. 1. Columna ultima,

& pag. 2. col. 1.

73. ちゅう ぢゅ, ぽ ちゅう とう しん, くに
may.

ちい, ぽ ぢゅ ぢゅ しん, ぢい ぽ ぢゅ.

Ducens, l. sumens Uxorem, non sumat
ejusdem Cognominis; idè emendo Concubinam,
si ignoretur ejus Cognomen, extrahatur per
fortes.

74. Glossa: ぢゅ ぽ ぢゅ ぢゅ しん, ぽ ちい,
ぢい ちゅう.

Glossa: Èd quod ignoratur ejus Cognomen,
fortibus extrahitur, & si felices sint, sumatur.

75. [Hoc totum refertur, ut notum sit, quan-
tum Sinenses etiam antiquitus fiderent forti-
bus.]

Fol. 8. pag. 1.

76. ちゅう じん けん けい ぢゅ. ぢゅ せい. ぢゅ
しお せい ちん ひょう ぢゅ しう.

Dominus Domus (in Convivio) invitans
hospitem ad faciendum ぢゅ: faciendo ぢゅ
comestibulum, fiat ぢゅ eorum, quæ priùs
appo-

apponuntur (in Mensa) juxta ordinem epularum .

77. Glossa : çhy sicñ tay guêy in xē Chy Jin .

78. Glossa : fit çhy antiquis Hominibus , potus , & cibi Inventoribus , seu Institutoribus .

Fol. 9. pag. 1. columna 1.

79. çhiuñ yū pō çhy .

Mensa , seu Convivi reliquiis non fiat çhy .

80. Glossa : (pō) çhy sicñ ,

Glossa : non fiat çhy prædecessoribus (Antiquis suprarelatis , & similibus .)

Fol. 12. pag. 2. colum. 1.

81. çhy fō py , çē fueū chy : çhy Ky py , cē may chy :

Qucy xy py , chē may chy : señg sū cē may chy :

Vestes destinatae ad faciendum çhy , fractae , seu lacerae crementur . Eiusdem çhy Vasa fracta sepeliantur : Instrumenta duplicis generis ad sortes extrahendas fracta sepeliantur : Animal selectum pro çhy , si moriatur (antequam fiat çhy) sepeliatur .

82. Glossa : Jin chy sō yuñg fueñ chy ; fueñ chy yañg yè :

Qucy

Quey xiñ sò juñg cē may chy, may chy iñ yè .

Glossa ; (Vestes) quibus usi sunt homines (ad faciendum chy) crementur : cremantur , quia spectant ad clarum , seu : calidum Yañg dictum ; (Vasa, Instrumenta, & alia) quibus utuntur, seu usi sunt Spiritus quey xiñ , sepeliantur ; sepeliantur quia spectant ad frigidum, & obscurum iñ dictum [per calidum , & frigidum, clarum, & obscurum, apud Sinas mors, & Vita significatur , Vita quoque , ac mortis principia, seu partes, ex quibus coalescunt , & in quas resolvuntur omnia juxta eorum doctrinam .]

Fol. 13. pag. 1. columna 1.

Designatio Dierum .

83. Vay sù y Kañg Jē ; nuy sù y Jeù Jē.

Exteriors qualibet, seu publica negotia diebus, qui Kañg dicuntur, fiant (hi dies sunt septem ;) Domestica verò, ac privata diebus Jeù dictis facienda sunt (qui dies pariter sunt septem .)

84. *Glossa ad secundam partem hujus Textus ait .*

çhuñg miào chy chy , Kuoñ , hoên chy ly .

Glossa ad secundam partem ait (inter illa) esse chy faciendum in Progenitorum Miào ; & Iuvenibus imponendi birettum , ac Matrimoniorum ritus .

85. *Eodem fol. & pag. plura dicuntur circa electionem dierum per sortes ad faciendum chy , & alia peragenda : & hac inter alia scilicet .*

86. *Sicñ Xiñg vañg chy sò y sù miñ siñ xy Jē ;*

Kiñg quey xiñ , guey fã liñg yè .

Antiqui Xiñg Reges idè (per talem dierum electionem sortibus faciendam) facere voluerunt , ut Vassalli , seu Populi crederent tempora , & dies (sic electos ,) colerent Spiritus quey xiñ , timerent Imperij leges , & mandata .

87. *Glossa ad illa verba siñ xy Jē ait .*

Yuñg chy ùl pō Kañ Kay ; & ad alia Kiñg Quey xiñ

Addit çhuñ chy ùl pō Kañ mañ .

Glossa ait : Utantur illis [diebus , temporibusque sic electis] nec audeant mutare : colant

*eos (scilicet Spiritur quey xiñ (& non au-
deant (eos) parvipendere . (Hic autem ser-
mo est de Spiritibus in genere , & præcipue
Progenitorum defunctorum .*

Fol. 14. pag. 1.

88. ẹgiañg chē quañg ẹhò .

Latitia currus in sinistra vacuus .

*Glossa ; Kiē chē yè . señg xy sò xiñg ,
ẹhañg xy juñg*

*Guèy hoèn chē , Kuñg ẹhò y yñg
xiñ yè .*

*Glossa ; felicitatis currus, idest, in quo, dum
viveret, sedebat (defunctus) sepeliendi tempo-
re adhibetur , ut Anima currus in sinistra va-
cuus ad congregandum (ibi) Spiritum .*

Kiō ly hià .

Fol. 16. pag. 1.

89. Kiuñ ẹhù ẹhiañg yuñg Kuñg xē ,
ẹhuñg miào ,

*Guèy siēñ : (paulò infra) fañ Kià ẹhào ,
ẹhy Ky guèy siēñ .*

*Vir probus volens adificare Palatium , seu
Domum ; priùs (edificat) Progenitorum Miào .
(paulò infra) Ante omnia domestica utensi-
lia , sunt facienda Vasa , seu Instrumenta pro
ẹhy .*

Eodem fol. & pag.

90. Vû tieñ lō chè, pō xē çhy Ky .
Non habentes Agrorum (assignatorum pro Miào) redditus, non preparat dicta Vasa pro çhy .

Glossa : çhy Ky Kò Kià .

91. *Glossa : çhy Vasa poterunt mutuari (ab illis, qui ea habent .)*

*Eodem fol. & pag. Columna ultima ,
 & pag. 2. col. 1.*

92. Yeù tieñ lō chè, siēñ guēy çhy fō ;
 Kiuñ chù suy
 Pin pō chō çhy Ky ; suy hañ , pō y
 çhy fō .

Habens Agrorum redditus (designatos pro çhy) prius facit çhy Vestes: Vir probus, licet pauper, non vendit çhy Vasa, seu Instrumenta ; licet frigus patiatur, non induit se çhy Vestibus .

Ibidem sequitur .

93. Guēy Kuñg xè pō chañ yù Kieũ mō
 tà fū sù Kiù

Quē, çhy Ky pō yù Kiñg . tà fū , yù
 çhy Ky yū tà

Fū. sù yù çhy Ky yū sù .

Fabricans Domum, non cadit ligna in Sepulchri Colle (Glossa ait hoc est, parvè pendere

Progenitores .) Marchionēs , Doctores euntes
extra Regnum, Vasa chy non deferuntur ultra
Regni Confinia (ideò) Marchiones (è Regno
exeuntes) reponunt chy Vasa in (Domo , seu
Miào) aliorum Marchionum . Doctores (simi-
liter exeuntes è Regno) servant chy Vasa
in (Domo , seu Miào) aliorum Doctorum .

94. Glossa : Ky yū . chiō teŋ chy tuŋ sū
chy Kò yūm .

Glossa : Mittuntur (præfata Instrumenta)
in (domum) habentium easdem Dignitates , fa-
ciendo ut possint illis uti (in chy .)

Fol. 18. pag. 1. ubi de Rege mortuo fit sermo,
& inter alia dicitur .

95. chò chy miào, liē chy chū. yvē ty.
(Rege mortuo) erigitur ei Miào, (& in eo)
erigitur Tabella Chū, diciturque ty, idest Im-
perator .

Fol. 20. pag. 2.

96. Neŋ chung chung miào, Xē chiē
chy sū y .

(Rex, seu Regis defuncti filius) potest sequi,
seu peragere ea negotia , quæ spectant ad Proa-
vorum Miào, & ad Xē chiē, qui sunt Spiri-
tus tutelares Terræ, frugum &c. de quibus suo
loco .

Glossa : Sū xiñ chy sū .

97. Glossa

97. *Glossa (sunt) negotia ad serviendum Spiritibus (spectantia) (hic autem li Xiñ, seu Spiritus comprehendit Proavorum Spiritus aque, ac Spiritus tutelares præfatos.)*

Fol. 21. pag. 1.

98. *Tieñ chù chy tieñ ty; chy sù fañg; chy xañ chueñ; chy gù sù, suy pieñ.*

Cæli filius (Imperator) facit chy Cælo, Terræ, facit chy quatuor [Mundi, seu Imperij) partibus. Facit chy Montibus, Fluminibus; facit chy quinque sù (Spiritibus tutelaribus.) Et in Anni sine generalitèr (omnibus.)

99. *Chū heù fañg sù; chy xañ chueñ; chy gù sù; suy pieñ.*

Tà fū chy gù sù, suy pieñ : sū chy Ky sicñ.

Reguli, seu Duces in partè (ad quam eorum Dominium se extendit) faciunt sù (idem est, ac chy;) faciunt chy Montibus, Fluminibus; faciunt chy quinque sù (supradictis) & in Anni sine generalitèr (comprehensis in ejus Dominio.) Marchiones, & his similes in dignitate faciunt chy quinque sù, & in Anni sine generalitèr. Doctores faciunt chy suis Prædecessoribus defunctis.

Ibidem

Ibidem sequitur .

100. Fañ çhy, yeù Ky fy chy, mō Kañ Kiù:
yeù Ky Kiù chy ,
Mō chañ fy yè. fy Ky sò çhy , ùl çhy
chy, miñg yvē iñ
Sù : iñ sù vù fō .

Omne çhy, quod dimissum, seu vetitum fuit, nè amplius fieret, nemò audeat in usum redigere; quod verò in usu est, nemò audeat dimittere. [Sensus est, quod nulli fiat çhy, cui juxta ritus, ac leges fieri non sit permissum; & cui juxta leges fieri debet, fiat.] Si cui fieri non debet çhy, fiat çhy, tale çhy nominatur iñ sù (hujusmodi autem) iñ sù (est) sine felicitate.

101. *Glossa ad illa verba iñ sù ait, quò yè : y*
quò sù xiñ, xiñ
Fō hiāng yè .

Glossa dicit, quod vox iñ significat hìc excedere (idest præter præscriptas regulas, & ritus operari) cum excessu servire Spiritibus, Spiritibus non est gratum, vel Spiritus (tali servitio) non fruitur. (Unde sensus esse videtur, quod cum Spiritus tali çhy non fruantur, ex eo nulla sit felicitas.)

Imme-

Immediatè eodem fol. pag. & col.

102. Tien chù y hy nicû. Chû heu y fy
nicû; tà fî y sô nicû, sù

Y yañg xy. Chy chù pō chy; chy piē
Kaò yū chuñg chù.

*Cæli filius (Imperator) ad faciendum chy
adhibet Vaccam hy dictam; Reguli Vaccam
fy dictam; Marchiones, & similes Vaccam sô
dictam. Doctores &c. ovem, & suem. Ille-
gitimus filius non facit chy; Si (ex causa)
faciat chy, certè monet de hoc legitimum, ac
Primogenitum filium (cui spectat de Iure.)*

103. Glossa ad illa verba hy nicû ait, maô sē
xuā ûl pō chā.

*Ad alia fy nicû ait, Yañg yū tiē. Ad
illa sô nicû ait, Kicû tē ûl yuñg.*

*Glossa ait hy nicû esse Vaccam habentem
pilos puri, & non mixti coloris (scilicet unius
coloris) fy nicû esse Vaccam, quæ in loco de-
stinato (ad tempus) pabulum sumpsit; (ibi
enim juxta antiquum ritum ali debebant Ani-
malia selecta pro chy.) Sô nicû esse Vaccam,
que quasita, & inventa adhibetur (in chy)
(quasi dicat, talem Vaccam non indigere tot
qualitatibus, quot indigent supradiçta, ut apte
sint ad chy,)*

Postea

Postea ibidem tum Textus, tum Glossa ait, quod earum rerum, quæ adhibentur, seu offeruntur in chy faciendo (signantè) in Proavorum Miào, mutanda sunt nomina, & selectis, & honorificis nominibus decorandæ.

Cap. tañ Kuñg hià fol. 45. pag. 1. ubi describuntur quadam facienda post mortem alicujus; & hæc inter alia.

104. Yeù taç chû chy fiñ yeñ
(Idest defuncti filius) habet deprecandi cor.

105. Glossa: hiñg taò gù sù, Kieù fō Ky señg.

Glossa: fiunt preces quinque Spiritibus Tutelaribus, roganturque, ut eum (defunctum) Vita restituant.

Textus ibidem.

106. Vañg fañ chū yeù: Kieù chū quey xiñ chy tàò yè

Pē mieñ Kieù chū yeù chy y yè.

Sperans (defuncti filius), quod revertetur ab obscuris: hæc est regula quærendi eum inter omnes Spiritus quey xiñ: facie ad Septemtrionem versa, æquum est, quæri inter obscura (in parte scilicet Septemtrionali.)

Eodem fol. pag. 2.

107. Chuñg, chù tào yè.

Tabella Chuñg dicta, habet rationem Tabellæ Chù nuncupatæ, (sunt Progenitorum Tabella) statim post mortem (Progenitoris &c.) fit Tabella Chuñg dicta, ut ei Spiritus innitatur ; & licet non sit Tabella Chù, habet tamen rationem Tabellæ Chù.

108. *Glossa*: Xy sù chò chuñg y y xiñ :
Suy fy chù, ùl yèu chù chy taò.

Textus ibidem ait, quod regnante Antiquissima Familia in, quando fiebat Tabella Chù. Tabella Chuñg servabatur : (Glossa ait in Progenitoris Miào) regnante, quæ illi successit, Familia Cheū, quando fiebat Tabella Chù, Tabella chuñg tollebatur ; Glossa ait : sepeliebatur.

Item eodem fol. & pag.

109. Guêy chy sù chy ly, chù Jiñ chù chiñ yeñ : ùl Ky chy

Xiñ chy sò hiañg. Yē y chù Jiñ yeù chy Kiñg chy fiñ yè.

Tantum in chy sù ritibus (peragendis) Dominus, seu Præses omnia pro viribus peragit ; absit tamen, quod sciatur, vel, non quidem, quia sciat, Spiritus eis frui, sed quia di-

G

etus

Etus Præses, seu Dominus habet aptum, ac obsequens cor (erga eosdem Spiritus, Progenitorum scilicet, de quibus hic præcipue fit sermo.)

110. Fol.46. pag. 1. fit mentio Sedis, seu Scabelli, cujus usus erat antiquitus in faciendõ çhy, ut ei Spiritus inniti possët. Item fit mentio de oblatione ticñ faciendã Spiritui Terræ, ut sepulturæ curam gerat, in eodẽ sepulturæ loco.

Eodem fol. pag. 2.

111. Põ Jiñ yē Jē uy yeù sò quey yè.

Hic fit mentio de variis, ac repetitis oblationibus faciendis Defunctis eo tempore, quo sepulturæ traduntur; unde ratio redditur sic. Non sustinet (filius) quod vel unica die (defunctus Parens) non habeat locum, ad quem revertatur (videtur velle dicere, ad fruendum oblati.)

Ibidem Glossa.

112. Hiào çhù pō Jiñ sù Ky çhiñ yē Jē vū sò y quey.

Glossa; Filius obediens non sustinet facere, quod eius Parens (defunctus) vel per unam diem non habeat, quò innitatur, ac revertatur (idest locum, ubi ei fiat çhy.)

Fol. 49. pag. 2.

113. Ky chañg, ùl su chy :
*Postquam Defunctus sepultus est , fit ei sù ,
 vel chy .*
114. Glossa : Yù chy chy sù .
*Glossa dicit , quod est yù chy (est chy , quod
 fit eo tempore .)*
Sequitur ibidem Textus :
115. Vy veù Kieñ Ky hiañg chy chè yè.
*Nondum fuit , qui viderit , ipsum frui illo
 (chy .)*
116. Glossa ad verbum , seu litteram Ky , ais
 sù chè .
Glossa : ipsum , idest defunctum .
Textus .
117. chù xañg xy y lay uy chy yeù xè yè :
 Guèy sù Jiñ vō poèy yè .
*A superioribus Sæculis hucusque nondum
 omissum fuit hoc (idest tale chy) quia fit , ut
 homines non avertantur .*
118. Glossa : paò pucñ , fañ xy chy y .
*Idest retribuunt suæ origini , convertantur
 ad suum principium , quasi dicat , finem propter
 quem fit dictum chy , esse , ut homines non obli-
 viscantur suæ originis , & principij , idest , Proa-
 vorum &c .*

119. *Supradicta sunt verba cuiusdam Discipuli Confucij, nomine çhù yeû, & favent opinioni illorum qui tenent, Sinenses in oblationibus erga defunctos Progenitores non credere, defunctorum Animas frui oblati, & finem habere politicum.*

Fol. 56. pag. 1. col. 1.

120. *Señg sù piē, ùl quey sù xy y.*
Vitæ servitio finito, Defuncti servitium incipit.

121. *Hic sermo est de Ritibus, quibus statim post mortem alicujus, & luctus tempore, servandum est illi Defuncto, ac etiam post luctum.*

122. *Dicit ergo Textus: finito servitio, quo tanquam vivus honoratur defunctus tempore luctus, incipit servitium, quo post luctum honorandus est, tanquam quey, (quod significat reverti, ac etiam sumitur pro Spiritu defuncti; unde sensus esse videtur, quod honorandus est, tanquam Spiritus quey, vel tanquam defunctus.)*

123. *Glossa: Sù señg chy ly Ky piē: sù quey chy sù in chy, ùl xy.*

Finito ritu serviendi (defuncto tanquam vivo; incipit servitium, quo ei servandum est, tanquam quey.

Ex

Ex quibus infertur quadam differentia rituum præfatorum in conceptu Sinenfium .

124. Fol. 57. pag. 2. ubi Confucius refert factum cujusdam yeñ liñ Ky chù nuncupati, seu ritus ab eodem servatos in sepeliendo filium defunctum, & approbat laudando &c. inter alia hæc habentur .

chìè haõ sañ chè yvë. Kõ Jõ quey fõ yū tû; miñg yè .

Jõ hoên Ky chë uû põ chy yè. uû põ chy yè, ûl suy hiñg .

Peraçtio funere, sepultoque Cadavere, ac Sepultura ornata, ac composita, ut ibi dicitur, (præfatus chy chù) ter vocem emisit dicens, Ossa, & Caro (quod) revertantur in terram, mandatum, seu fatum est. Verum non est (locus) quò Anima non perveniat; non est (locus) quò non perveniat; (ergo) sequetur redeuntes, seu hinc (è Sepulchro) abeuntes .

125. Glossa ad illa verba hoên Ky ait yeñ hoên guêy pièn

Chy uû fañg, yañg chy xiñg yè.

Quæ vagatur Anima faciens mutationes, est sine determinato loco: & hæc est illa pars subtilior (hominis) quæ yañg dicitur, & (in morte) ascendit .

120. Ad illa verba sui hiſq̄ ait Gloſſa, quod præſatus Ky chù valde afflictuſ ob mortem, & ſepulturam filij, per dicta ſuperiùs verba, dolori modum ponere ſatagebat, & per hæc poſtrema magno affectu ductuſ ostendebat ſuum deſiderium, cupiens filij deſuncti Animam, utpotè naturæ ſuperiùs deſcriptæ, ſecum domum reverti; (hæc expoſitio, ſeu verſio non refert litteram, ſed eiùs ſenſum.)

127. E' dictis inferri videtur doct̄ina illa atheiſtica, quam tenent nunc litterati Sinenſes, tanquam ab Antiquis receptam, & error de Animarum npproximatione, & deſcenſu in oblationibus &c.

Kiveñ chy ùl, ideſt traçt. 2. Cap. Vañg chy fol. 4. pag. 1.

In quo Capite deſcribuntur ea, quæ debet facere Imperator in viſitatione Provincie.

128. Tuñg ſiuñ xeù, chy yñ yō chuñg, chay, ùl vañg sù xañ chueñ.

Viſitans Orientalem partem, ac perveniens ad magnum Montem yō chuñg, ſeu tà y xañ (in Provincie xañ tuñg) facit chay (eſt Sacrificium Cælo faciendum,) & facit vañg sù (eſt paritèr Sacrificium) Montibus; & Fluminibus.

129. *Glossa ad verbum chay dicit fañ leào y*
 ẹhy tieñ, ùl Kaò chy .

*Glossa dicit, quod chay significat cremare,
 & comburere (victimam) ut ẹhy Cælo ad il-
 lud monendum de adventu (Imperatoris ad
 illum Montem.)*

130. (*Et ex hoc inferri videtur, quod monitio,
 de qua hic, & passim etiam Progenitoribus
 defunctis fieri solita, non sit pura Ceremo-
 nia.)*

Item eodem fol. & pag.

131. Xañ chueñ xiñ Ky yeù pō Kiù chề
 gucy

Pō Kiñg, pō Kiñg chề Kiuñ Siō y
 ty .

*Montium, & Fluminum Spiritibus si non
 tribuatur debitus cultus (Glossa ait, si non
 fiat eis ẹhy) ab illis, ad quos spectat, hi sunt
 irreverentes; irreverentes (autem) ab Impe-
 ratore puniantur, suis scilicet terris priven-
 tur .*

132. chuñg Miào yeù pō xuñ chề, gucy
 pō hiào

Pō hiào chề Kiuñ chō y chiō .

*Progenitorum, seu Proavorum Miào si
 non exhibeatur debitus obsequium (Glossa
 ait; si non servetur in eis debitus Ordo, & non
 fiat*

fiat chy sù tempore præscripto) ab illis , ad quos spectat ; hi tales sunt inobedientes ; inobedientes (verò) ab Imperatore priventur suis dignitatibus .

Item eodem fol. pag. 2.

133. Quey, Kià yū chù ny yuñg tē .

Idest (cum Imperator post Visitationem) revertitur (ad Regiam) perveniens (ad illam) adhibet unicam (Vaccam) in Proavorum , ac Progenitorum (Miào .)

134. Glossa : Quey chy Kīng sū y tē niêu Kaò chù ny chy miào .

Glossa : rediens , ac perveniens (Imperator) ad Regiam cum unica Vacca , monet Proavos , & Progenitores in Miào (supple , de suo re-ditu .)

Ibidem sequitur ,

135. Tien chù chiañg chō , luy hū xañg ty ; y hū xē ; chao hū ny .

Cæli filius (Imperator) egressurus (è Regia) gravi ex causa , Visitationis scilicet , Belli &c. facit luy Supremo Imperatori xañg ty ; facit y Terræ Xē , seu Terræ Spiritui ; facit chao defunctis Progenitoribus ny dictis .

136. Glossa : ad illa verba chao hū ny , ait ; chao ul Kaò chy .

Glossa

Glossa: ad illa verba chaò hū ny ait, facit chaò, & monet eosdem (Progenitores .)

137. (Luy y, chaò sunt nomina specifica ipsius chy, ut ajunt Commentatores .)

Ibidem .

138. Chū heū chiañg chō y hū xē chaò hū ny .

Reguli egressuri (è sua Regia ipsdem de causis) faciunt y Terræ Xē dictæ , (seu ejus Spiritui) faciunt chaò Progenitoribus defunctis .

Fol. 5. pag. 1.


139. Tien chū chiañg chō chiñg : luy hū xāng ty : y hū xē; chāo hū

Ny; mà yū sò chiñg chy ty. xēu miñg yū chū; xēu chiñg yū

Hiō. chō chiñg, chiē yeù chuy, fañ xy tien yū hiō y sūn quē Kaò .

Cæli filius (Imperator) egressurus (è Regia) ad debellandos rebelles , facit luy Supremo Imperatori Xan ty ; facit y xē , terræ sic dictæ , seu ejus Spiritui ; facit chaò defunctis Progenitoribus , facit mà Terræ , ad quam subjugandam proficiscitur (vel Spiritui tutelari illius Regionis) recipit mandatum à Proavis defunctis , recipit perfectionem , (tollit dubia) in Collegio .

140. *Exiens ad bellum* (licet hic chiñg corrigere significet litteraliter , sensus tamen verus est id ipsum bello perficere) capto habente culpam (rebelle) rediens (ad Regiam) facit xy ticñ in Collegio, & cum Rebellis iudicati aure sinistra amputata monet .

141.  Glossa ad illud verbum *Mà ait hiñg sū chy chy*: ad illa verba, *xeu miñg yū chù*, ait *pō yū chù miào* ; Ad alia *xeu chiñg yū hiō*, ait *Kivē meù yū hiō Kuñg*.

Glossa dicit , *Mà esse chy Militarium* , seu exercitus ; reciprocè *mandatum à Proavis defunctis esse sortes extrahere in Proavorum Miào*. Recipere perfectionem in Collegio esse, tollere dubia, seu firmare consilium (faciendi, vel non faciendi hoc bellum) in Collegij Palatio : Palatium hic est illa pars Collegij Miào dicta, & dicata defunctis Xiñg, ac Magistris.)

142, Item Glossa ad illa verba : *Fañ xy ticñ yū hiō*, ait *chy ticñ*

Xiñg, ticñ sū ,

Glossa ad illa verba , *rediens (ad Regiam) facit xy ticñ in Collegio &c.* ait , *facit chy antiquis, seu prateritis Xiñg, antiquis, seu prateritis sū (Doctoribus, seu Magistris.)*

Textus ibidem prosequitur .

143. Tien chù chū heū wū sū, chē sūy fān
tien ; yē guèy Kañ .

Tcū.ūl guèy piñ Kē, fān guèy chuñg
Kiuñ chy paò .

*Imperator , & Reguli si grauia non habent
negotia, in Anno tribus vicibus exeant ad ve-
nandum . Prima pro necessarijs adimplenda
(oblationis) Vasa . Secunda pro Hospitibus .
Tertia pro abundanti provisione ipsiusmet Im-
peratoris, (Regulorumque .)*

144. Glossa: chy sū teū xē, sien chuñg miào,
chù piñ Kē :

chuñ xiñ ; Kiñg piñ chy y .

*Glossa : chy sū Vasa, ut plena sint, est præ-
ferre Proavorum Miào, & secundariò Hospi-
tes; ac per hoc sublimantur Spiritus, honoran-
tur Hospites .*

Fol. 6. pag. 2.

145. Chy chù pō chy .

Illegitimus filius non facit chy .

146. Tien chù chiē miào .

*Imperator (habet septem Miào) (Proavis,
ac Progenitoribus dicata .)*

147. Chū heū gū miào .

Reguli (habent) quinque Miào .

148. Tà fū fān miào .

Marchiones, & similes Dignitates (habent)
 tyia Miào .

149. Sù yē Miào .

Doctores (habent) unum Miào .

150. Xō Jiñ çhy yū chiñ .

Vulgares ; seu plebei Homines (non habentes Miào) faciunt çhy in Aula Domus çhiñ dicta .

151. *Glossa* : Xō Jin uû miào, Kù çhy sieñ yū chiñ .

Glossa : Plebei Homines non habent Miào, idèd faciunt çhy Progenitoribus defunctis in Aula çhiñ dicta .

Fol. 7. pag. 1.

152. Tien çhù çhy tien ty .

Imperator facit çhy Cælo, ac Terræ .

153. Chū heū çhy xē çhiē .

Reguli faciunt çhy xē, & çhiē .

Glossa ad illud verbum xē, ait tū xiñ ; & ad illud çhiē, ait Kō xiñ . Glossa ait xē, idest Terræ Spiritui ; & çhiē idest frugum Spiritui .

Eodem fol. & pag.

154. Tien çhù xē çhiē Kiay tay laô .

Imperator (Spiritibus) xē, & çhiē (çhy) tay laô .

*Glossa ad illa verba tay laô, ait, nicû
 yañg*

yañg tuñ . *Glossa ait, quod &c. tay laô intelliguntur Vacca, seu Vitulus, Ovis, & Sus.*

155. Chū heū xē çhiē Kiay xaò laô .

Reguli (Spiritibus) xē , & çhiē (çhy) xaò laô . Glossa ad illa verba xaò laô ait , yañg tuñ . Glossa ait, quod per xaò laô intelliguntur Ovis, & Sus .

Fol. 7. pag. 2.

156. Tà fū, sū, çhuñg miào chy çhy, yeū ticñ çhē çhy, uū tieñ, çhē çhieñ .

Marchiones, & Doctores, qui (debent facere) çhy in Proavorum Miào , si habeant ad id agros destinatos (seu Agrorum redditus) faciunt çhy; non habentes (tales) Agros , faciant çhieñ (hæc est oblatio minus solemnis.)

157. *Ibidem.* Xō sicū pō yū señg .

Comedenda (in Convivijs) non excedant Victimam offerendam .

Glossa : Jū señg xy yañg çhē pō y nicū Jō guēy xō sicū .

Glossa : Si Victimam sit Ovis, seu Capra, comedenda non fiant ex Vitulorum , seu Vaccarum carnibus (Vacca, seu Vitulus apud Sinas præfertur ceteris Animalibus in faciendo çhy .)

158. Textus Yeñ y pō yū çhy fō .

Conviviorum vestes non excedant vestes destinatas ad faciendum çhy.

159. chĩn pō yũ miào. *Vivorum Aula non non excedat Miào (Proavorum.)*

160. Glossa : chũ sañ chẽ , yeñ pō yũ fuñg Ky; hũ yũ sũ xiñ .

Glossa ait ; ista tria omnia innuunt (homines) frugales esse debere erga se , liberales in obsequendo , seu serviendo Spiritibus .

161. Ibidem : Tã fũ chy Ky pō Kiã . Idest, Marchiones , & similes non commodent Vasa destinata pro chy .

162. chy Ky uy chĩng pō chão yeñ Ky . Non fiant Vasa Conviviorum , nisi prius facta sint Vasa ad faciendum chy .

Fol. 11. pag. 2.

chũng miào chy Ky pō chõ yũ xy . Proavorum Miào Vasa non vendantur in Mercato .

Cap. Yvẽ lĩng fol. 17. pag. 2.

163. Meñg chũn chy yvẽ . Veris Luna 2. Paulò infra . Ky ty tay haõ , Ky xiñ Keũ mañg . Ejus (idest præfata Lunæ) Imperator , seu prædominans est tay haõ . Eius Spiritus est Keũ mañg .

164. Glossa : Fõ hy mõ tẽ chy Kiuñ . Xaõ haõ xy chy chũ , mõ Kiuñ chy chĩn

165. Glossa ait , præfatum tay haõ esse Imperatorem Fõ Hy dictum , (qui fuit primus Sinarum

narum Imperator) & habuit Elementi lignei virtutem, unde prædictæ Luna tempore prædominari dicitur. Qui verò dicitur Keù mañg esse Xaò haò filius, & elementi lignei virtute præditi Imperatoris Vassallus, qui est Spiritus (eiusdem Lunæ tempore) Tutelaris. Ex dictis colligitur apud Sinas antiquissimam fuisse Idolatriam, ut ibidem ex multis, quæ in hac re dicuntur, evidentè apparet.

Tractatu 2.

Cap. Yvê Liñg.

Fol. 18. pag. 1.

166. Tien çhù nay y yvên Jē Ky Kō yū xañg ty. Idest Imperator prima die yeñ Jē diçta, rogat Supremum Imperatorem xañg ty (ut det) frugum (omnium) abundantiam.

Fol. 20. pag. 1. colum. ult. & pag. 2.

167. Miñg yō chiñg siē uù xiē çhay. (Imperator mandat Musicæ Præfidi, seu Magistro, ut instruat, seu exercent Musicos, seu gesticulatores, fitque oblatio Olerum.)

168. Glossa: chiañg Kiào siē uù chè, Kù siē y xy çhay; Kaò siē sū.

Glossa: Cùm instrui debeant, seu exerceri prædicti (quod fit in Collegio) ideò ante per oblationem Olerum monentur antiqui, seu defuncti Magistri.

Ea-

Eadem pag. 2.

[169. Sù pō yuñg hy señg. In oblatione sù
(facienda secunda Luna Vcris) non adhibetur
Victima hy señg dicta.

[170. Glossa: Ky taò siaò sù.

Glossa: est ad rogandum, petendumque par-
va Oblatio, (sed hic non declaratur; cui fiat
Oblatio, & ad quem preces dirigantur.)

Fol. 21. pag. 1.

[171. Tien chù nay chieñ Kiō y yū sieñ ty.
Imperator tunc (ideest die ibi, & mense de-
signato) offert Vestem crocei coloris antiquis
Imperatoribus, seu antiquo Imperatori.

[172. Glossa: chieñ chù y yū xiñ chò, y Ky
chañ sù.

Glossa: chieñ, seu offert hanc vestem ante
Thronum, seu Sedem Spiritus ad petendum Se-
rici abundantiam.

Eodem fol. & pag-

[173. Tien chù xy xiñg cheù; chieñ guêy
yū chih miào.

Nay guèy mē Ky xō.

Imperator conscendens Naviculam ad pi-
scandum, chieñ, seu offert Piscem guêy di-
etum, (magnum Piscem) in chih Miào,
ut pro Tritici roget abundantiam; (seu ut Triti-
cum ad perfectionem perveniat) [chih miào
est Proavorum Miào.]

174. Fol. 23. pag. 2. dicitur, quod Tributum Serici solvi debeat, seu decima ad faciendas Imperiales Vestes, quibus Imperator utitur in Kiào, ubi Cælo sacrificatur, & in Miào (Proavorum scilicet.)

Fol. 24. pag. 2.

175. Mĩng yeù sũ guèy miñ Ky sũ xañ, chueñ, pē yvên :

Tà yũ ty. yuñg xiñg yõ. nay miñg pē hieñ yũ sũ pē

Piē : Kiñg, sũ, yeù yē yũ miñ chè, y Ky Kõ xē.

Imperator mandat habentibus gubernium, ut pro Populo orent, faciantque sũ Montibus, Fluminibus, centum fontibus (idest omnibus) fiat magnum yũ (idest chy ad petendam pluviam) Imperatori (Supremo) adhibeatur ornata, seu excellens Musica. Item mandat centum Oppidis (eorum scilicet Præsilibus, seu Gubernatoribus) ut faciant yũ sũ (hoc est, ad petendam pluviam, Oblationem, seu Sacrificium (centum Regulis Piē dictis, Magnatibus, & Doctõribus (defunctis,) qui utiles fuere Populo; ad petendam frugum abundantiam, seu maturitatem.

176. Glossa ad illa verba : Pē piē &c. ait keù luñg, heù chiē chy luy.

I

Glossa

Glossa ait, centum Reguli &c. sunt verbi gratia, ut Antiqui illi magni nominis Viri Keù luñg, & heù çhiē nuncupati, qui Agrorum culturam, & similia Populos docere.

Fol. 25. pag. 2. col. ult. & fol. 26. pag. 1.

177. Miñg sù Kicū tà hō pē hieñ chy tiē
çhiū y yañg

Hy señg, liñg miñ uú pō hieñ chō liē
y Kuñg hoañg

Tieñ xañg ty, miñg xañ, tà chueñ, sù
fañg chy xiñ, y

çhū çhuñg miào, xē çhiē, chy liñg,
y guèy miñ Ky fō.

Imperator mandat quatuor primarijs Imperij Ministris, ceterisque Gubernatoribus (Superioribus, & Inferioribus) centum Oppidorum, seu omnium Civitatum, ut curam gerant Animalium selectorum pro oblationibus, eaque alere faciant, præcipiendo, ut omnes Populi vires omnes adhibeant in hac re, quia offerenda sunt Regali Cælo Supremo Imperatori; magni nominis Montium; magnorum Fluminum, & quatuor (Orbis, seu Imperij) partium Spiritibus; & quia offerenda sunt Animabus Progenitorum in çhuñg Miào, & xē, çhē (qui sunt Tutelares Terræ, & siugum Spiritus)

ad

ad petendam felicitatem pro Populis .

Fol. 28. pag. 1.

178. Ticn̄ chù chāng siñ, siēñ chieñ chiñ
Miào .

Imperator , antequam gustet novos (terræ
fructus) prius offert (eos) in Proavorum qhiñ
Miào . Glossa : Kīng xiñ yè . Glossa : ad
honorandum Spiritus .

Fol. 29. pag. 1.

179. Xy yvē yè : nay miñg chay chō siuū
hiñg hy señg xy
chiveñ Kiù; chiū huan̄ cheñ fy chiē,
chã vē sē, piē

Py luy, leañg siaò tà, xy chāng tuoñ,
Kiay chuñg tù ,

Gù chē py tañg, xañg ty, Ky hiañg.

Tali Luna Imperator mandat Presidi Animalium seligendorum pro Oblationibus , & Oratori , ut circumeant , & seligant Animalia , observando , an totaliter perfecta sint ; an quæ aluntur , sint pingua , vel macra ; examinando illorum colores , an certè sint talis generis ; metiendo magnitudinem , & parvitatem Corporis , observando longitudinem , & brevitatem ; omnia (sint) mensura , seu regula conformia ; quinque hac (si sint) præparata , ut decet , Supremus Imperator

ipse fruetur (illis.)

180. *Glossa*: Gù ché sy py ùl taŋgyū sù.
Xaŋ ty chiè.

Hĩn hiaŋ chy , hoāŋ Kiuñ Xiñ
hũ.

Glossa. *Quinque hæc exactè preparata*
(*si sint,*) & *correspondentia negotio* (*idest*
Oblationibus,) *Supremus Imperator sanè* odo-
rabitur, & *fruetur ipsis*, *quantò magis omnes*
(*aliij*) *Spiritus?*

Fol. 30. pag. 1.

181. chay nay chy xeù.

Lupus, (*seu hujus generis Animal*) *facit*
chy offerendo aliud *Animal Silvestre* (*Qua-*
drupedia dicuntur xeù.)

Glossa: chy chy yū tieñ.

Glossa: facit chy offerendo illud *Cælo*.

Fol. 31. pag. 1.

182. Miñg. Chù chũ chy Kiñ Yū Sù
fañg.

(*Imperator*) *mandat Presidi Oblationum,*
ut offerat, seu chy Animalia, quatuor (*Mundi,*
seu Regni) *partibus.*

Glossa: Miñg tieñ sù chy Quoñ chiù sò
hù chy xeù,

Chy yū Kiaō, y paò sù fañg Chy
xin.

Glossa

Glossa . Mandat Gubernatori Statutorum
 Sù ; idest , Sacrificiorum , seu Oblationum ,
 ut sumat Animalia , quæ in venatione capta
 sunt , ad faciendum chy in loco Kiaò dicto , ut
 retribuatur Spiritibus quatuor (Mundi , seu
 Regni) partium .

Fol. 32. pag. 1.

183. Miñg tà y sù huiñ quey xy .

(Imperator) precipit Prasidi tay sù dicto ,
 ut ungat Testudines , & Virgulta quadam
 (quibus utuntur in divinationibus , seu sorti-
 legijs .)

Glossa : Xē señg , çhiù hivē tũ chy .

*Glossa . Occidendo Victimam , sumitur eius
 sanguis , eoque unguuntur illa .*

Eodem fol. pag. 2.

184. Tien çhù nay Ky lay nieñ iũ tien
 çhuñg , tà Kō çhù

Yũ Kuñg xē , Kiē muên liũ ; lã sicñ
 çhù , gù sù .

*Imperator petit venturum Annum à tien
 chuñg (Glossa ait , esse Solem , Lunam , &
 Stellas) ab ipso occiduntur Victimæ ad facien-
 dum çhù , vel çhy , (ut ait Glossa) Spiritui
 Tutelari Terræ , necnon Proavorum ; fit lã , seu
 çhy , (ut ait Glossa) Animalium in venatione
 captorum Proavis defunctis , & quinque Speri-
 tibus Tutelaribus .*

Fol.

185. Tich chù miñg yeù sū Ky sù sù hay,
tả chueñ ,

Miñg yvên, yveñ chē chiñg, chiveñ.

*Imperator mandat habentibus gubernium ,
ut orent, & faciant sù (idem est, ac chy) qua-
tuor Maribus, magnis Fluminibus nominatis ,
seu magni nominis , aquarum Scaturiginibus ,
Lacunis, Stagnis, Puteis, Fontibus .*

*Glossa: Xuy tē chy xiñg, Kù guēy miñ
Ky ùl sū chy .*

*Glossa . Aquarum virtus est summè excel-
lens , idèò pro Populis rogatur , eique fit sù ,
(idem est, ac chy .)*

186. Fañ chay tich hià Kieù cheñ chy miñ
chè uù pō hieñ

Hieñ ky liē y Kuñg hoāng tich xāng
ty, xē

chiē, chih miào, xān liñ, miñg chueñ
chy sù .

*Omnes , qui sunt in toto Imperio Vassalli ,
seu Populi, nemine excepto, adhibeant vires ad
honorandum regale Cælum , supremum Impe-
ratorem, Tertæ, & frugum (Spiritus Tutela-
res) Progenitores in chin Miào, Montes, &
Colles, famosa Flumina, (seu eorum Spiritus)
omni sù, (quod idem est, ac chy.)* *Glossa*

Glossa: Ly yeù gù Kiñg mǒ chuñg yū
 chy, Kù yè.

Glossa. Rituum, seu Ceremoniarum habentur quinque Kiñg, seu libri; At nullus Ritus est gravior, seu maioris momenti, quam chy; & ideo (tantoperè commendatur hic.)

Eodem fol. pag. 2.

187. Cheñg chù vèn yvē Kiuñ uñg ùl xy
 chù señg, Jù

Chy hò Kuñg chù yvē, Hiñg, tà fù,
 sū chuñg xē

Chù, pē mièn yū sy Kiay nañ; tà chō
 py mièn, chiē

Sō pē xiñg chù sy Kiay chih teñg, pǒ
 xiñg tañg, miñg

Vù hò, chō xiñg sañ Kào, yvē meù
 chy chù señg,

Kañ Kào. Xiñg tièn pē yū piñ tuñg
 Ky Xañg.

Cheng chù (*Confucij Discipulus*) interrogans (*ipsum Confucium*) dixit Rege, seu Imperatore mortuo, si nascatur filius heres, quid faciendum in tali casu? Confucius respondit, Imperij, seu Regni Magnates, ac Tutores, qui tunc loco Imperatoris praesunt, facie versa ad Septentrionem (accedunt ad Occidentalem Regia Aula Scalam; In dicta Aula tunc asser-

vatur

vatur defuncti Imperatoris Cadaver) magnus Orator, seu Ceremoniarum Magister deferens Regia Vestimenta, ac tenens serici involucrem, ascendit ab imo Scalae Occidentalis ad eius summitatem; at non ascendit in Aulam; mandat, ut non plorent; & Orator (ipse) alta voce ter monet (defuncti Regis Spiritum) dicens N. (Imperatricis, seu Reginae) filius natus est, audeo monere (defuncti Spiritum.) Ascendit (statim in Aulam, ubi defuncti Cadaver servatur) offert sericum ante ferethrum, seu capsam in parte Orientali super mensam, seu scamnum.

188. Glossa ad illa verba: Chō xīng fān kào, ait chō guēy y hīn chy xīng fān chē y Kīng tuīng xīn tīng.

Orator profert altam, hilaremque vocem ter ad expergefaciendum, & commovendum Spiritum, ut audiat.

De tali monitione pluriès fit sermo ibi, quia pluries repetenda, etiam erga Spiritus Tutelares, & alios.

Fol. 37. pag. 1.

189. Chēng chù vèn yvē, Jū y chāng, ūl xy chù fēng, chē Jū
Chy ho? Kuīng chù yvē, tà chay tà chūng chūng tà
Chō, ūl Kào yū mī. chēng chù
(Con-

(Confucij Discipulus) iterum ipsum interrogat, dicens, Si jam defunctus sepultus fuerit, cum filius hæres nascitur, tunc quid faciendum erit? Confucius respondet, Imperij Governatores, Tutoresque sequuntur magnum Oratorem, & monitio fit in My (est Progenitorum Regionum Miào.)

Glossa: Kào Ky chù yè. Monet eius Tabellam (idest, hæc monendi cæremonia fit coram Tabella Progenitoris defuncti.)

Ibidem sequitur Textus sic.

190. Sañ yvè nay miñg yū ny y miñg picñ
Kào Kiē xē

chīē, chuñg miào, xañ chueñ.

Tertia Luna (nato Puero imponitur) nomen in loco ny dicto, & de nomine (imposito) generaliter monentur (Spiritus,) ac (signanter) Terra, ac frugum (Spiritus Tutelares) Progenitorum Miào, Montium, ac Fluminum (Spiritus,) seu Montes, ac Flumina.

191. Glossa sequitur etiam dicens.

chù xy xiñ chù chay piñ Kuñg, Jā
Kieñ ny ũl

Liē Ky miñg, Kù yuñ, miñg yū ny.

Hoc tempore Tabella (Progenitoris) est in loco piñ Kuñg dicto, (videtur esse eiusdem Progenitoris Miào:) hac de causa invisitur

K

(dictus

(dictus locus) ny, ibique imponitur (puero)
Nomen ; & ideò dicit : Nomen imponitur in
loco s'ny dicto .

Vide plura huius generis pag. 2. eiusdem folij ,
& fol. 45. pag. 1.

192. Kù Kiuñ chù quò xy pō çhy .
Ideò Vir probus elapso tempore (statuto per
leges) non facit çhy .

Tract. 4. fol. 51. pag. 2. cap. chà Ky hià.

193. Textus . Ching miào chē huiñ chy .
Erecto edificio miào nuncupato , illud un-
gatur sanguine .

194. Glossa : çhuñg miào çhū ching y señg
hivē

Tū huiñ chy , çhuñ xiñ miñg chy
Kiñ yè .

Glossa : Progenitorum Ædes , seu Aula
çhuñg miào nuncupata , statim , ac erecta
fuerint Animalium , seu Victimarum sangui-
ne unguuntur ad honorandum clarorum Spiri-
tuum habitaculum .

Kiveñ , seu tractatu 2. fol. 51. pag. 2.

Cap. vên vañg xy .

195. Textus . Xy liē hiō chē , Ky hiñg ,
(huiñ) Ky , jung py , jeñ
Heù xy çhay .

Erecto Collegio , facta Vasorum , seu Instru-

mentorū unctiōe, adhibeatur sericum, & postea (fiat) oblatio Olerum .

196. Glossa ad hunc Textum dicit . Erecto Collegio, Instrumentis musicalibus, Vasisque (adhibendis,) & Animalium sanguine unctis, statim adhibetur, seu offertur sericum defunctis xiñg, & defunctis sū, seu Magistris (qui ibidem coluntur) monendo eos de instrumentis jam perfectis, & fit oblatio Olerum monendo eos de usu ipsorum instrumentorum &c.

QUINTA SCRIPTURA.

Ejusdem Illustrissimi Beritensis .

*In Libris Ly Ky pañg huiñ, Kiveñ, seu Tract. 5.
Cap. chy y fol. 9. pag. 1. & 2. hæc habentur.*

Chay ngò yvẽ , gù vên quèy xìn chy
miñg; pō chy

Ky sò quèy . Chù yvẽ, Ky yè chè, xìn
chy xiñg, f,

Chiñg yè. Pẽ yè chè, quèy chy xiñg,
f, chiñg yè .

Hō quèy yū xìn Kiào chy chy yè .

(*Discipulus Confucij*) chay ngò (*nuncupatus*) dixit (*Confucio* :) *Ego audi vi* (*hoc Nomen quèy xìn;*) *nescio , illud quid significet . Confucius (respondens) ait , quod Ky Aer, seu Vapor (dicitur) (est) xìn manifestatio, diffusio , vel receptivum . Quod Pẽ Corpus , seu Cadaver (dicitur) (est) quèy manifestatio, diffusio, vel receptivum . Unire (partem illam) quèy cum (alia) xìn (dicta) est summum Doctrinæ .*

*Glossa ad illa verba Ky yè chè ait; hoên Ky quèy yū tieñ . Quod (hic) Ky dicitur (est) Anima hoên Ky (quæ) revertitur in Cælum . Ad illud verbum xìn ait : xìn y
xiñ*

xiñ guèy y . Xiñ (hìc) significat extensio-
nem . Ad alia verba pē yè chē ait , hiñg
pē quèy yū ty ; Quod (hìc) pē dicitur , est
Corpus, seu pars corporea, (quæ) revertitur in
terram . Ad illud verbum qucy, ait , qucy
y Kiō guèy y . Qucy (hìc) significat attra-
ctionem, seu retrocessionem . Ad illa verba
hō qucy yū xìn, ait : Sù ticñ hià chy Jiñ
çhay, miñg, xiñg fō y chiñg çhy sù .
Unire qucy cum xìn, est facere, ut Mundi ho-
mine s jejunijs , purificationibus pretiosis Vesti-
bus (disponantur) ad faciendum çhy sù .

Sequitur Textus ibidem .

Chuñg scñg piē sù : sù piē qucy tū .
çhū chy guèy

Qucy . Kō Jō py yū hià iñ guèy yè tū .
Ky Ky fā yañg

Yū xañg, guèy chàò miñg, hiuñ haō
çhy çhañg .

Omnes Videntes certè moriuntur , Mortui
certè ad terram revertuntur ; hoc est , quod di-
citur qucy . Ossa, & Caro sepeliuntur in ima
(Terra,) obscuraque parte , & convertuntur
in rudem terram ; eorumque Ky, seu Vapor in
superna elevatus manifestatur per splendorem ,
& claritatem , alijsque effectibus , tristitiam ,
timoremque incutiens hominibus .

Glossa

Glossa ad illa verba chaõ miñg, ait, quey xìn lù quañg chù, idest, chao miñg significat Spirituum quey xìn claram manifestationem. Ad illa verba huiñ haõ, ait, Ky Ky chiñg xañg chù. Huiñ haõ significant vaporem superius ascendentem. Ad alia chy chañg, ait, sù Jiñ chiñg siñ suñg Jcñ. chy chañg significant facere, ut hominum (vivorum) subtiles Spiritus borrescant, ac timeant.

Sequitur Textus.

chù pē vē chy çhiñg yè. Xìn chy chù yè. iñ vē chy

çhiñg, chy guèy chy Kiē, miñg miñg quey xìn y guèy

Kiñ xuè, çhē. pē chuñg y guèy; vañ miñ y fō.

Idest, hoc est centum (omnium) rerum excellentia, & proprietas, ac Spiritus manifestatio. Iuxta hanc rerum excellentiam, proprietatem, disponere, est quid summum, (unde dispositum fuit, ut partes illa, de quibus supra, obtinerent) clarum nomen quey xìn, idest, Spiritus, ut essent caput, & regula, seu directores (Mundi), atque Gentium multitudo (eos) timeret; Populique omnes (eis) subijcerentur.

Glossa ad illa verba; iñ vē chy çhiñg, chy

chy guêy chy Kiē, ait, iñ Ky çhiñg lĩng
chy pō Kò yeñ. chy guêy
chuñ Kiē chy çhiñg .

Iuxta earundem rerum subtilitatem , & activitatem , seu perspicaciam , quæ occultari nequit , dispositum , actumque fuit , ut sublimi , summaque appellatione , seu nomine (potirentur .) Et ad illa verba , miñg miñg quey xĩn , ait , hieñ Jeñ miñg chy , yvē , quey xiñ . Idest , (quapropter) manifestè , clarèque nominarunt eas (res , seu earum partes , & proprietates) quey xĩn . Spiritus . Ad alia verba y guêy Kiñ xcù çhē , ait , y guêy tieñ hià chy fã çhē . Idest ut essent Orbis totius Regula , & Directio . Ad illa pē chuñg chy guêy , ait , chy sò guêy ùl uñ Kañ mañ . Idest , ut scirent (Gentes) quos timere deberent , & non auderent eos parvipendere .

Videri poterit pars ultima expositionis facti exhibitæ à PP. Societat. §. 333. ubi ex Patre Brancato refertur interpretatio præfati Textus , seu potius Glossa , dimissis nonnullis .

In Libro Classico Chuñg yuñg Cap. 16.

hæc habentur .

Chù yvē , quey xĩn chy guêy tē , Ky xiñg y hũ .

Confucius ait , Spirituum quey xĩn nuncupato-

patorum agendi Virtus, seu operativa Virtus, nonne mira, excellens, ac diffusa est.

Commentator Chañg Kō laò in expositione præfati Capitis, ait, quey xîn (de quibus hic) çhiē xy çhy sù tiē quey xîn Jû tiēñ xîn; ty Ky; Jiñ quey. chy luy. Idest (hic) quey xîn sunt quey xîn, quibus fit çhy sù; verbi gratia, Cæli Spiritus, Spiritus Terra, & Defunctorum hominum Anima, ac huiusmodi generis.

Et in præfato Capite mira quidem dicuntur, tum in Textu, tum in Commentario, de eisdem quey xîn, eorumque Virtute, activitate &c.

*Fr. Joannes Franciscus de
Nicolais Episcopus Berin-
tensis &c.*



399898



File #

